



41

Book

B. A. V. No 63, but it should be placed under the year 1517 or 1518, as Jacques Robertet, to whom this edition is dedicated by Louis Boulanger, was Bishop of Alby only from November 22^d 1517 until May 26th 1518, when he died.

This is one of the rarest editions of the Cosmographie introductio. It was printed at Lyons by Jean de la Place, who exercised his profession from 1510 until 1520.


It is worthy of notice that this copy not only has a signat. C. the leaf folded with verso blank and ten extremely curious lines on the recto, but it contains also the large folded leaf with the suscription in twelve lines, found in chap. VIII of the St. Diez editions of the Cosmogr. Introductio.


The Paris Arsenal copies (the only ones known here) do not contain this latter leaf.


I found this little book in the store of Blas Hernandez in the city of Toledo, in Spain, while traveling through the northern part of that country, with my friend Barlow, in September 1869.

14. 14.

Duplicate of the Burlewiana.
also in Seneciana.







COSMOGRAPHIAE INTRODVCTIO
CVM QVIBVSDAM
GEOMETRIAE
AC
ASTRONO
MIAE PRINCIPIIS
AD EAM DEM NECESSARIIS.

Insuper quatuor Americi Vespucii
nauigationes.

Vniuersalis Cosmographiæ descriptio
tam in solido q̄plano eis etiam
insertis quæ Ptholomæo
ignota a nuperis
reperta sunt.

AD DOMINVM IACOBVM.
ROBERTETVM.

Quæ tenebrosa fuit priscis Iacobe diebus
Quando habuit titulos pagina nulla suos
Per capita ecce micat Lodouici culta labore:
Luce micat propria: nec uelut ante iacet.
Indice quin radiat priscis erepta tenebris:
Nox ueluti claris fulgida syderibus.
Ergo animú magis hoc Iacobe impendere cura:
Nunc facilem certo hunc ordine quando uides.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI
& dño do. Iacobo Roberto albieñ. prefuli
dignissimo dñoq; obseruadissimo
Iudouicus Boulonger, S. D. P.

¶ Si laborē si uigilias: in opere Cosmographiæ tanq̄ bona
rum artiu: malorum q; meorū infectator . Si indultriam
(q̄tū dare) in eo colouerim. cōgratulādi. R. P. T. Causa
fuit. Non potui integre errata enūdeare: & continentibus
Calcographiæ laboribus inflāter uacare propter multia/
ga quibus distineor negotia: uerū si quæ sint līe: Ciphri. Di
ctioēs: interruptæ; seu euerfæ parcēdū est: Tū (ut soles) me
am gratanter lucubrationē excipe. auctam a ceteris globis
ab aliis iam dudū in lucē editis. Gradibus: Aequationibus
Distantiis: Terris: Insulis pluribusq; in rebus ut: Typus edo/
cet et rescitu dignas in eo q̄ facillime peruiæ sunt: qui mul/
to studiosos exonerabit: labore: cæterū si quid laudij in eo/
actū sit. soli deo gratulandū: sin amissum indigestū ue hūa/
no indulgēdū est ingenio Vale pater. R. & me (ut soles) ama.

SI MULTAS ADIISSE REGIONES ET POPV
lorum ultimos uidisse: nō solum uoluptarium: sed etiam
Boetius in uita conducibile est (quod in Platone: Apollonio Thy
næo atq; aliis multis philosophis qui indagandarū rerum
causa remotissimas oras petiuerūt: clarū euadit) Quis o la/
cobe prudētissime regionum atq; urbiū situs: & externorū
hominum.

Quos uidet condens radios sub undas

Phœbus: extræmo ueniens ab ortu:

Quos premunt septem gelidi Triones:

Quos notus sicco uiolentus æstu

Torret: ardentes recoquens arenas.


¶ Quis inquam illorum omnium ritus: ac mores: ex libris
eognoscere: iucundum ac utile esse inficias ibit? Sane (ut
sapientum fert opinio) sicut longissime peregrinari lauda
bile est: ita de quouis mortaliū cui præimmefus ipsæ zerr

rum orbis uel ex sola chartarum traditiōe longe lateq; sp̄
ētabilis: atq; cognitus est nō absurde repeti potest quod ab **Home**
ipso poetarum principe Homero musa Clyo de Naricio du **rus**
ce uerbis istis rogabatur.

Dic mihi musa uirum captæ post tempora Troiæ
Qui mores hoim multorum uidit et urbes.

¶ Hinc effectum est: ut nobis (qui librariā officinā apud
Lothoringie Vosagum in oppido cui uocabulū est sancto
Deodato: nuper ereximus) Ptholomæi libros post exēplar
Græcum recognoscentibus: necnō quattuor Americi Vespu
cii navigationum lustrationes adiicientibus: totius orbis
typum tam in solido q̄ plano (uelut præuīa quandam ysa
gogen) pro communi studiosorū utilitate parauerimus.
Quem tuæ sacratissimæ maiestati: cū terrarum dñs existas
dicare statuimus. Rati nos ipsos uoti compotes: & ab emu
lorum machinamentis tuo (tamq̄ Achilles) clipio tutissi
mos fore: si tuæ: Maiestatis acutissimo in eis rebus iudicio:
aliquantula saltē ex parte nos satisfecisse intelliximus. Vale
Iacobe prudentissime. Ex superius memorato sancti Deo
dati oppido. Anno post natum Saluatorem supra sesqui
millesimum septimo.

Io. Descolis medicine professor lectoribus. S.P.D.

 Ectores carissimi honos uobis sit: uasa am
plissima salute: Cum superioribus diebus a curis
infirmorum uacarem. Et potius ei parti medicine
incumberē quā theoricā uocant: Cosmographiāq;
Ptolomei: atq; Pii pape in europæ: Asiæq; descriptione per
legerem: uenit forte mihi ad manus Cosmographia magi
stri Lodouici bouleugierii: uiri excellētissimi naturæ: & in
genii: quæ pre cæteris lucidior: clarior: breuiorq; uisa est: ne
q; hoc arroganter dictum existimari uelim: quin lectores
ipso iudices facio: Quare gaudeo mihi: cæterisq; medicinæ
professoribus: qui industria tanti uiri oim climatum: nauig
ationum: prouinciarumq; situm cōplexionem: uno intui
tu oculi (ut ita loquar) cognoscere poterimus. Quis enim

ANTILOQVIYM

medicorū est (nisi forte stolidus aut siluestris) qui medica
 menta ordinare audeat cui piā mortalit̄ nisi dimatū laritu
 dinem longitudinem; cōplexionem recte nouerit. Et q̄ma
 xime illius dimatis in quo residet. Cum dicat princeps ille
 Auicēna primo primæ capite de cōp̄sionib; q̄ al. o regimie
 eget indus alio sclauus intelligendo per indos morantes
 in regionibus feruidissimis: ex per̄ d̄cauos qui incolūt regio
 nes frigidissimas: quod egregiæ nouit ille Noe propheta ue
 nerandus: fugiens corruptionem et frigiditate ex mōtib;us
 Armeniæ: reliquens archā: in Caldeam aerem querens cali
 dum se transtulit. Quare accipite quasi alacres tāti uiri cos
 mographiam: illā uisite: uosq; exercitate in illa: neq; uos
 perterreat instrumenti rotūditas: aut illius difficultas: cū
 explanationē facilē inuenietis Gaudeant grec: latini: bar
 bari: qui forte Per huiusmodi cosmographiam munuscula
 aurea cōsequētur: & ualete fœlices: Lodouicūq; uestrum dili
 gite sperātes ab eo maiora: si de^o plōgauerit suū desyderiū.

TRACTANDORVM ORDO



Vm Cosmographiæ noticia sine præuia quadā
 astronomiæ cognitione: & ipsa etiam astronō
 mia sine Geometriæ principiis plene haberi neq;
 ar: dicemus primo in hac uocinēta intruductiōe
 pauca de Geometriæ inchoamantis ad spheræ materia
 is intelligentiam feruentibus.

- 2 Deinde quid spheræ axis poli &c.
 - 3 De cœli circulis.
 - 4 Quandam ipsius spheræ secundum graduum rationes.
Theoricam ponemus:
 - 5 De quinq; Zonis cœlestibus: earūdemq; et graduū cœli ad
terram applicatione.
 - 6 De Paralellis.
 - 7 De climatibus orbis
 - 8 De uentis cum eorum et aliarum rerum figura uniuersali
 - 9 Nono capite quædam de diuisiōe terræ: de finibus maris:
de insulis & locorum abinuicem distantia dicentur Adde
tur etiam quadrans Cosmographo utilis.
- ¶ Ultimo loco quatuor Americi Despuci subiunctæ pro
 sectiones. Et Cosmo, tam solidam q̄planam describemus
 De principiis

DE PRINCIPIIS GEOMETRIAE AD
SPHERAE NOTICIAM NE-
CESSARIIS

CAPVT PRIMVM

VIA IN SEQUENTIBVS CIRCVLII
circumferentiæ: centri: diametri: et id genus
aliorum crebra mentio fiet: ideo primum
nobis fingillatim de talibus breuissime tra-
ctandum uenit.



Circulus igitur figura plana: una qui-
dem circumducta linea contenta: in cuius medio punctus
est: a quo omnes rectæ lineæ ad circumdantem lineam edu-
ctæ ad inuicem sunt æquales.

Figura plana: est cuius mediũ non subsultat: neq; ab ex-
tremis egreditur.

Circumferentia: est linea circulum continens ad quam
omnes rectæ lineæ a centro circuli eiectæ inter se sunt: æqua-
les: quæ et ambitus: & circuitus curuaturaq; ac circulus a la-
tibus: græce autem periphæria dicitur.

Centru circuli: est punctus ille a quo omnes rectæ ad lineam
circulum cõtinentẽ eductæ ad inuicẽ sunt æquales.

Diameter circuli: est figura plana diametro circuli &
medietate circumferentiæ contenta:

Diameter circuli: est quæcũq; linea recta per cẽtrũ circu-
li transiens utrinq; ad circuli periphæriam eiecta.

Linea recta: est a puncto ad punctũ extensio breuissima.

Angulus: est duarũ linearũ mutus cõtactus. Est em̃ figu-
ræ particula a lineæ contactu in amplitudinẽ surgens.

Angulus rectus: est angulus ex lineæ supra lineam cadente
& utrinq; altitudo: duos ad inuicẽ æquales angulos faciẽ-
te causatus: quẽ si rectæ lineæ cõtinent rectilineus: si curuæ
curuus sphericalisq; dicitur: Obtusus est qui est recto maior
Acutus recto minor.

Solidũ: est corp⁹ lõgitudinẽ: latitudinẽ: altitudinẽq; dimẽsum.

Altitudo: crassities: profunditas idem.
Integrũ est res tota: aut rei pars: que sexagenaria partitione
non prouenit.

Minutum: est sexagesima integri pars.

Secundum: sexagesima pars minuti.

GEOMETRIAE

Tertium sexagesima secundis: & ita deinceps

CAPVT SECVNDVM QVID SPHERA

axis: poli & c. strictissime perdocet



Axiomaq̄ aliquis Cosmographia: noticiã habere possit: necessum est ut spherã materialis cognitionem habeat. Post quod uniuersis orbis descriptionẽ primo a Ptholomæo: atq; alius traditã: & deinde per alios amplificatam: nuper uero ab Americo Vesputio latius illustratã facilius intelliget. Igitur:

Theodosius.

Sphera (ut eã Theodosius in libro de spheris diffinit) est solida: & corporea figura: una quidẽ cõuexa superficie cõtẽta: i cuius medio pũctus: a quo oēs rectæ ad circũferentiã educitæ adiuicẽ sunt æquales. Et cũ (ut Neoterics placet) decẽ sint spheræ cœlestes sit materialis spherã ad istar octauẽ (q̄ qd̄ stelligera sit a planes dicitur) ex circulis artificialiter adiuicẽ iunctis per uirgulã & axẽ mediũ cẽtrũ (quæ terra e) tagetẽ cõpositã

Axis spheræ: est linea per centrũ spheræ trãsiens ex utraq; parte suas extremitates ad spheræ circũferentiã applicãs: circa quam spherã: sicut rota circa axem carri (qui stipes teres est) intorquetur & cõuertitur: estq; ipsius circuli diametrus De quo Manilius ita loquitur.

Manilius.

Aerã per gelidum tenuis deducitur axis
Sydereus medium circa quem uoluitur orbis

Poli (qui & cardines et uertices dicuntur) sunt pũcta cœli axem terminantia: ita fixa ut nunq̄ moueantur sed perpetuo eodem loco maneãt. Et quæ hic de axe ac polis dicuntur ad octauam spherã referẽda sunt. Quoniã in præsentia rã materialis spheræ determinationẽ: quæ (ut diximus) octauæ spheræ similitudinẽ habet: suscepimus. Sunt itaq; eorum duo principales: unus Septentrionalis (qui & Arcticus & Borealis appellatur) alter Australis: quẽ Antarcticũ uocant: de his Vergilius ait.

Virgili.

Hic uertex nobis semper sublimis: at illum
Sub pedibus stix atra uider: manesq; profundi.

Nos enĩ in Europa & Asia degẽtes polũ Arctiũ ppetuo uidemus: q̄ sic dicitur ab Arcto uel Arcturo maiore Vrsa quæ et Calisco: & Elice nomiat. et Septentrionalis a septẽ stellis plau

INCHOAMENTA

Tri: quæ Triones uocitantur: & sunt minoris Viræ: quæ etiã Cynosurã appellat. Vnde Mantuanus Baptista

Baptif.
Carmel

Tu nobis Elice: nobis Cynosura: per altum:

Te duce uela damus. &c. Itẽ Borealis & Aquilonic⁹ quia ab ei⁹ mudi parte ucto. Nautæ stellã maris uocare asueuerũt. Huic opposit⁹ est antarcticus unde & nomẽ fortif. Nã anti græca dictio latine contra significat. Is & Noticus: & Austronoticus dicit⁹: atq; a nobis propter terræ circulũ qui est de uerus uideri nõ pot: sed ab antipodibus (quos esse cõpertũ) cernit. Vbi & obiter annotadũ: quod Deuexũ: rei sphericæ tumorem & uentrem significat.

¶ Conuexũ uero eius cõtrariũ est: & cõcauitatẽ notat.

Sũt præterea duo alii poli ipsius zodiaci: duos in cœlo circulos arcticũ. f. & antarcticũ describentes. Verũ quia zodiaci et arctici atq; antarctici (q; in cœlo sunt circuli) mētione fecimus: ideo capite sequenti de circulis tractabimus.

DE CIRCVLIS COELI CAPVT TERTIVM.

Circales sunt circuli: quæ & semina ab auctoribus dicuntur in sphaera & cœlo nõ reuera quidẽ existẽtes sed imaginabiles: maiores. f. & minores.

¶ Maior circulus is est: qui in conuexa superficie sphaeræ descriptus ipsam in duo æqua diuidit: horum sunt sex. Aequator. f. Zodiacus Colurus æquinoctiorum: Colurus solsticiorum. Meridianus: & Horizon.

Circulus minor in sphaera est qui in eadem sphaeræ superficie descriptus spheram minime in duo æqua diuidit. Tales sunt quattuor. Arcticus: Cæcri: Capricorni: & Antarctic⁹. Ita summatim sunt decem de quib⁹ debita serie: & primo quidem de maioribus dicemus.

¶ Aequator (qui et primi mobilis cingulus: et æquinoctialis dicitur) est circulus maior spherã in duo æqualia diuidens: secundũ quãlibet sui partem ab utroq; polo æque distans. sic dictus quoniã sole ipsum transeunte (quod bis in anno in principio arietis. f. mense Mattio: & principio libræ mense septembri contingit) toto terrarũ orbe æquinoctium & dies nocti æqualis est.

Aequinoctium Marcii: arietis: uernale.

Aequinoctium Septembris: libræ: autumnale.

¶ Zodiacus: est circulus maior æquatorĩ duobus punctis,

SPHERAE MATE.

quæ sunt principia arietis & libræ dirimens cuius una medietatum ad septentrionem altera uero ad Austrum dedinat. Ita dictus uel a Zodion quod animal significat quoniam duodecim animalia in se habet uel a Zoe quod est uita quia omnium inferiorum uita secundum planetarum motus sub ipsa esse dignoscitur. Latini eum signiferum uocant q. xii. signa in se ferat: Atq; obliquum circulum. Hinc & maro inquit Obliquus quæ se signorum uerteret ordo.

In media Zodiaci latitudine circularis linea ipsum in duo æqua partes: et ultro citroq; sex latitu. gra. relinquens intelligitur: quam edipticam uocant eo quod nunquam solis aut lunæ deliquium & edipsis contingat nisi eorum uterq; sub ea linea in eodem uel oppositis gradibus decurrat. In eodem si solare futurum sit deliquium. In oppositis uero si ipsius lunæ. Et sol semper sub ea linea medius incedit: neq; ultro deuiat. Luna autem & ceteri planetarum nunc sub ea: nunc citra uel ultra expaciatu uagantur.

Cæsar

Duo sunt in sphaera coluri: qui solsticia & æquinoctia distinguunt. Ita a Colon græce quod membrum significat: & uris bobus (quos magnitudine Elephantum Cæsar commentariorum lib. ii. in Hercinta silua esse ait) dicti: quoniam sicut cauda bouis membrum erecta semicirculum & non completum facit: ita nobis colurus semper imperfectus apparet. Vna enim medietas uidetur: cum alia sit occultata.

3

Colurus solsticiorum: qui & declinationum dicitur: est circulus maior per principia cancri: & capricorni: per polos ediptice pariter & polos mundi transiens.

4

Æquinoctiorum colurus itidem circulus maior est per principia arietis a libræ: & mundi polos transiens.

5

Meridianus: est circulus maior per punctum uerticis & polos mundi transiens. Tales in generalibus nostris tam solidis quam planis decem gradibus abinuicem distinximus. Est autem punctum uerticis (quod & zenith dicitur) in cælo punctus directæ: superpositus.

6

Horizon (quem finitorem quoque dicunt) est sphaeræ circulus maior superius hemisphaerium (id est dimidium sphaeræ) ab inferiori diuidens. Estque in quem sub die consistunt: circumducentiumque oculos uidetur obtutus deficere: qui &

RYDIMENTA

qui & partem coeli uisam a non uisa dirimere cernitur. Diuerfarū autē regionū uariis est orizon: & oim orizōtiū capitis uertex polus dicitur. Nam tale punctum omniquaq; ab finitore atq; ipso orizōte æque distat. Et hæc de circulis maioribus: nunc ad minores ueniamus.

¶ Circulus arcticus est circulus minor quem polus zodiaci ad motū primi mobilis circa polū mundi arcticū describit.

¶ Antarcticus est circulus minor quem alter polus zodiaci circa polum mundi antarcticum causat atq; describit. Nūcupamus autē polum zodiaci (de quo etiam superiori capite diximus) punctum undecumq; ab ecliptica æque distans. Sunt em̄ poli zodiaci axis eclipticæ extremitates: & q̄ta est maxima solis dedinatio (de qua mox plura) tanta est poli zodia polo mundi distantia.

¶ Tropicus Cancrī est circulus minor quē sol in principio cancrī existens ad motū primi mobilis describit: qui & Iolsticum æstiuum dicitur.

¶ Tropicus capricorni: est circulus minor quem sol in initū capricorni tenens ad motum primi mobilis describit. Hunc etiam circulum brumæ dicimus.

Cæterū quia de dedinatiois mētionē fecimus ideo annotādū.

¶ De dedinationē esse quando sol de æquinoctiali ad Tropi-
cū cancrī scādit; uel ad capricorni tropicū a nobis descēdit.

¶ Ascensionē pro contrario accipimus: q̄n scilicet a tropicis æquatori propinquat. Licet a cyros & impropria a quibuidā dicatur ascendere q̄n nobis propinquat; & descēdere cum a nobis discedit. Hætenus de circulis: iam ad spheræ Theoricæ & latiorē quandā graduū quibus tales abinuicem distent speculationem accedamus.

CAPVT QVARTVM

De quadam spheræ Theoricæ secundum
graduum rationes.

¶ Sphæra cælestis quinque ligatur circulis principali oribus uno maiore & quattuor minoribus: Arctico scilicet cancrī: æquatore: capricorni: & antartico. Equibus æquator minoris os ipos uel potius quæ intersunt spacia authores Zonas uocare assueuerunt. Hinc & Virgilius in Georgicis ait.

Virgil.

SPHERAE MATE.

Quinq; tenent cœlum zonæ: quarum una coruscò
Semper sole rubens: & torrida temper ab igni est
Quam circum extremæ dextra læuaq; trahuntur
Cerulea glacie concretæ atq; humberibus artis:
Has inter mediamq; duæ mortalibus ægris
Munere concessæ diuum: & uia sexta per ambas
Obliquus qua se signorum uerteret ordo

¶ De quarum qualitate in sequentibus plura dicentur.
Quia uero superius tetigimus qd polus Zodiaci circulû arcti
cum describat: idco pro ulteriori speculatione sciendû hoc de
superiori Zodiaci polo (qui in .66 gradu et .5. mi. eleuatiõis
situs est atq; a polo arctico .24. gradibus ac .51. mi. distat) intel
ligi oportere

Vbi et illud non ignoandum. Gradum tricesimâ signi partẽ
esse. Et Signum duodecimam circuli.

At triginta duodecies multiplicata. 360. reddunt.

Quare liquidum euadit quod gradus iterum tricentesima
et sexagesima circuli: pars esse de hinc possit.

Circulum aut Antarceticû polus Zodiaci inferior describit:
qui in eodẽ gradu declinationis situs est: et æque a polo an
tarctico distat sicut superior ab arctico.

¶ Tropicû cancri: eclipticæ reflexio siue maxia solis uersus
septentrionem declinatio (quæ ab æquinoctiali a d. .gra.
& .51. mi. sita est) designat:

¶ Tropicû capricorni alia Eclipticæ reflexio siue maxima
solis uersus Austrum declinatio (quæ ad totidem gradus si
cut predicta sita est) describit

Distancia inter tropicum cancri & circulum arcticum est.
graduum & 44. mi. Totidem etiam graduum est distancia
inter tropicû capricorni & circulum antarcticum

¶ Aequatorẽ media cœli aplitudo a polis mûdi æque di
stans efficit.

Hucusq; de quinq; zonis & earum abinuicem distancia con
sequenter etiam strictim de reliquis quædam trademus.

¶ Circulum zodiaci eius ipsius poli ostendunt: a quibus
usq; at tropicos (id est maximas solis declinanes & solsticia
23. grad. & .51. mi. sunt. Estq; zodiaci latitudo ab ecliptica
uersus utrosq; tropicos sex graduû & in uniuersum .12. grad.

RVDIMENTA

Coluros declinationum & ascensionum signat solstitia & æquinoctia: hiq; sub polis mundi sese per axem cœli ad angulos rectos spherales interfecant. Similiter per æquatoreni: Sed per Zodiacium æquinoctiorum coluti uadentes constituunt angulos obliquos cum per solsticiorum zod. rectos caudent.

Circulum meridionalem (mobilem quidem) axis idem sub ipsis polis continet.

Horizontis circulum declarat zenith. Ipsum enim tanq; polus eius superior existens ubiq; ab eo æquedistat. Atq; diuidit idem circulus horizontis: hemispherium nostrum ab altero per solis ortum & occasum.

His uero qui sub æquinoctiali sunt per utrosq; mundi polos. Et distat semper zenith in omni horizonte ab ipsis circumferentia. 90. gradibus: qui sunt quarta pars circuli. Est q; peripheria horizontis quater distantiam inter zenith & horizonta superans.

Id demum animaduersione nõ est indignum axem mundi in materiali sphaera diametraliter ab eisdem polis per centrum mundi (quæ est terra) transire.


Axis uero zodiaci in sphaera nõ apparet sed intelligendus est. & hic axem mundi mediũ ad angulos impares siue obliquos in centro interfecat.

Hoc modo in ipsa mundi fabrica mirabilis series & rerũ ordo præcipuus esse uidetur: cuius imaginẽ ueteres astronomi describentes factoris ipsius quantum fieri potuit uestigia (qui omnia in numero pondere & mensura fecit) sequuti sunt. Nos quoq; ea dere tractantes spacii iniquitate: sic excludi ut ratio minutorũ nõ ul uix possit obseruari & si obseruaretur etiam tedium cũ errore gigneret: a planis graduũ annotationibus circulorum positionem sumemus. Nam non multum distat inter. 15. min. & plenum gradũ qui sexaginta minuta cõtinet sicuti supradiximus: atq; in libro de sphaera & aliubi ab harum rerum studiosis examussim declaratur. Itaq; in figura quam pro talium intelligentia hoc loco subiungemus ipsi bini tropici cancri scilicet & capricorni: atq; maximæ solis declinationes ab æquinoctiali. 24. gra

SPHERAE MATE.

dibus distabunt. Quantū & poli ipsius zodiaci: siue circuli arcticus
& antarcticus a polis mundi sunt distātes super sexagesimum sextū
eleuationis gradum siti.

polus Arcticus



Polus antarct.

De quinque Zonis celestibus: earundemq; &
graduū cœli ad terram applicatione.

CAPVT QVINTVM.

Hactenus breuissime de nonnullis Geometriæ principiis: de

RVDIMENTA.

sphera: polis: quinq; Zonis: atq; ipsi mundi circulis rerumq;
talium quadam Theorica diximus: nuncrecto (infallor)
ordine de applicatione horum circularum & graduum ad
ipsam terram suscipienda determinatio uenit. Ergo igitur
sciendum est in terra quinq; plagas per zonas prædictas di
stingu. Vnde & Ouidius in Methamorphosi ait
Vtq; duæ dextra cælum totidemq; sinistra
Parte secant zonæ: quinta est ardentior illis
Siconus indusum numero distinxit eodem
Cura dei: totidemq; plagæ tellure præmuntur
Quarumq; media est non est habitabilis æstu
Nix tegit alta duas: totidem inter utraq; locauit
Temperiemq; dedit mixta cū frigore flamma.

¶ Et ut res apertior fiat: quattuor minores circuli Arcticus
cancer: capricorni: & antarcticus determinant distinguuntq;
quinq; cœli zonas (Vt uerbi causa) esto in sequenti figura. a.
polus mundi arcticus: b. c. circulus Boreus: d. e. circulus Can
cri: f. g. circulus Capricorni. h. l. antarcticus l. uero polus No
thicus. Erit prima zona. scilicet Borea arcticaq; totū inter. b.
a. c. interceptum spacium: quæ perpetuo frigore riges inha
bitata est. Secunda erit totum inter. b. c. et. d. e. interceptum
spacium: temperata atq; habitabilis. Tertia totum inter. d. e.
f. g. medium spacium feruore male egregiè habitabilis. Sol em̄
illic secūdam lineam. f. e. (que nobis eclipticam designat)
assidua uolubilitate gyrosducens suo feruore eā reddit torri
dam atq; inhabitatam. Quarta est totū inter. f. g. et. h. l. spa
cium: temperata atq; habitabilis: si aquarū uastitas & altera
cœli facies id impune sinat. Quinta est totū inter. h. l. i. inter
clusum spacium frigore semper horrens atq; inhabitata.

¶ Cum autē dicimus aliquā cœli zonam uel habitatā uel
inhabitātā: hanc denominationem a simili zona terræ illi
cœlesti plagæ subiecta intelligi uolumus & qñ habitatā aut
habitabilem dicimus: bene & facile habitabile. Cū uero inha
bitatā uel inhabitabile: egregiè difficileq; habitabile intelli
mus. Sūt em̄ qui exustā torridamq; zonam nūc habitāt mul
ti. Vt q; Chersonesū aureā incolūt: ut Tabrobanēs: Aethio
pes & maxia pars terræ sp̄ incognita nup ab Americo Vespu
tio repte. Qua de re ipsi quattuor subiugent nauigationes ex.

SPHERAE MATE.

Italico sermone in Gallicum: & ex Gallico in latinum uersa:

Itaq; sciendum quod Cut & subsequens indicat figura) prima zo-

na que polo arctico pxima est: 23. gradus latitudinis. 51. minu. habet.

Secunda que antarctica atq; illi ipsi par est: totidem


Tertia temperata. 42. & 18. minu.

Quarta que par est: totidem

Quinta uero torrida & media gradus. 47. & 42. mi.

Sed horu quendam typum ponamus.

Polus Arcticus



Polus Antart.

SPHERAE MATE CAPVT
SEXTVM DE PA-
RALELLIS.

Paralelli (qui & Almucanharat dicuntur) sunt circuli uel line quoquo uersus, atq; ex omni parte æquedistantes: & nū q̄ si possent etiam in infinitum protrahi concurrentes. Qualis est in sphaera æquator cū aliis quattuor circulis minoribz. Non quia quantum primus a secundo: tātum secūsus a tertio distet: nam hoc falsum est: ut ex precedētibus liquet sed q̄ quilibet duo circuli simul iuncti secundum quālibet sui partem æque abinuicem sint distantes. Non enim est æquator ex una parte altero tropicorū q̄ ex alia uicinior: aut distātor cū oi quaq; a tropicis sicut prædiximus. 23. gradibus & 15. minu. distet. Simili modo de tropicis ad duos extremos dicendum est quorum uterq; ex omnibus sui partibus ab utroq; 42. gradibus & 44. minutis distant.

¶ Licet uero possent paralelli ad libitum cuiuslibet distantes describi nobis tamen pro faciliori supputatione cōuenientissimū uisum est (quod & ipsi Ptholomæo placuit) ut tam in solida q̄ plana Cosmographiæ generalis descriptiōes ipsos tot gradibus abinuicem fecerneremus: quot sequēs formula ostendit. Cui etiam figura subiungetur in qua paralellos per terrā utrinq; ad spheram cœli protrahemus.


Biiii

Paralelli abequat.	gradus celi	hore dies rum ma.	Quot milli. sa. gra. vnus.
21 Diatiles.8	63	20	28 $\frac{1}{2}$
20	61	19	
19	58	18	32 $\frac{1}{2}$
18	56	17	$\frac{1}{2}$
17	54	17	37 $\frac{1}{2}$
16 Diarhip. 7	51 $\frac{1}{2}$	16 $\frac{1}{2}$	40 $\frac{1}{2}$
15 Diabor. 6	48 $\frac{1}{2}$	16	42 $\frac{1}{2}$
14	45.	15 $\frac{1}{2}$	44
13	43.1 $\frac{1}{2}$	15 $\frac{1}{4}$	45
12 Diarho. 5	40. $\frac{1}{2}$ 31 $\frac{1}{2}$	15	47
11	38. $\frac{1}{2}$ 1 $\frac{1}{2}$	14. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$	48. $\frac{1}{2}$
10 Diarho 4	36	14. $\frac{1}{2}$	50
9	33. $\frac{1}{3}$	14. $\frac{1}{4}$	
8 Diaalep. 3	30. $\frac{1}{3}$	14	54
7	27. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{6}$	13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$	
6 Diastenes 2	23. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$	13. $\frac{1}{2}$	57
5	20. $\frac{1}{4}$	13. $\frac{1}{4}$	
4 Diamero. 1	16. $\frac{1}{3}$.1 $\frac{1}{2}$	13	
3	12. $\frac{1}{2}$	12. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$	
2	8. $\frac{1}{3}$ 1. $\frac{1}{2}$	12. $\frac{1}{2}$	
1	4. $\frac{1}{4}$	12. $\frac{1}{4}$	59
Æq̄tor a polis eq̄distans		12 continue	60
1	4. $\frac{1}{4}$	12. $\frac{1}{4}$	59
2	8. $\frac{1}{3}$.1 $\frac{1}{2}$	12. $\frac{1}{2}$	
3	12. $\frac{1}{2}$	12. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$	
4 Diamerore	16. $\frac{1}{3}$.1 $\frac{1}{2}$	13	
5	20. $\frac{1}{4}$	13. $\frac{1}{4}$	

Summa est gradibus paralellorū. simul horas infumatur numeris ista figura suis.

AD LECTOREM

Habes candid lector tabellā preinſculptam tibi latitudinē graduum regionum:
orarum quantitatem exiſtente[m] quolibet in parallelo oſtendentem. In globo uero
diei quantitatem & noctis. Horasq; omnes in regiones: tam in hyeme q̄ eſtate: uel
curriculo temporis q̄ ſol eſt in æquinoctiali. Verum ad cognoscendum horas uerſus
Polum Arcticum. Aſpice circulum graduum locumq; lineam: & parallelorum ubi
inſculpte ſunt hore: tibi quantas oſtendet horas ſol peragit in die in capricorno exiſtē-
te: hoc eſt in minutis diebus. Et uerſus Antarcticum: econuerſo. Sic tibi erunt peruia lo-
ca inhabitabilia habitabiliaq;. Quodq; qui in regionibus ſexaginta tria graduū ſunt:
habent ſolis horas uiginti. Qui uero antipodes colunt quattuor. Sic comprehendere po-
tes omnia de regione tam per globum q̄ per ſexagenarium.



¶ Propositum est hoc libello quandam Cosmographiæ introductionem scribere: quam nos tam in solido q̄ plano depinximus. In solido quidem spacio exdusi strictissime. Sed latius in plano: ubi sicut agrestes signare assueverunt & partiti limite campum: ita orbis terrarum regiones præcipuas dominorum insigniis notare studuimus. Et (ut ab ea in qua sumus parte incipiamus) ad Europæ meditullium Rhomanas aquilas (quæ regibus Europæ dominantur) posuimus atq; clauē summi patris patrum insigni ipsam fere Europam (quæ Rhomanam ecclesiā profitetur) circinximus. Africam pene omnem & Asiæ partem signauimus lunulis quod est insigne summi Babiloniæ Soldani quasi totius Egypti & partis Asiæ domini. Asiæ uero partem quæ minor Asia dicitur crocea coloris cruce iuncto chalybecircumdedimus quod est signum Thurcorum Soldani Scythiam intra imaū maximum Asiæ montē & Sarmaticam Asiaticam notauimus anchoris quas magnus Tartarus pro insigni habet. Crux rubea præbyterum iohannē (qui & orientali & meridionali Indiæ præest atq; in Biberith sedē tenet) representat. Deniq; in quartā terræ partē per indyotos Castiliæ & Lusitaniæ reges repertam eorundem ipsorum insignia posuimus. Et quod non est ignorandum uadosa maris littora (ubi naufragia timentur) imaginibus crucis signauimus sed hæc iam missa facientes,

SEPTENTRIO

Agatio


Circus

Chorus

Cars

FAVONIUS

SVBSOLANVS



Africus

Vulturnus

libonotus

AVSTER

AVSTER

RVDIMENCTA

¶ De dimatibus: Caput: vii

¶ Licet clima propriæ regio interpretetur: hoc tamē loco spacium terræ iter duas æque distantes appellatur: in quo porrectissimæ diei ab initio dematis usq; ad finē dimidiæ horæ uariatio ē. Et quotū aliquod clima ab æquatore fuerit: tot semihoris longissima eius loci dies superat diem notū æqualem. Suntq; ipsorum septē gemina: quibus ad austrū non sit septimū adhuc lustratum. Sed Borea uersus. Ptholomeus terram septem semihorarum spacio hospitablem & habitabilem inuenit: quæ septē dimata ab insigni aut Vrbe: aut fluuij: aut monte sua nomina sunt sortita.

¶ Primum dicitur Dia Meroes: a dia quod apud grecos per significat: et casu patrio iūgit. Atq; a Meroe quæ est Africa ciuitas in torrida zona citra æquatorem. xvi. gradibus sita: in quo paralelo & ipsa Nilus esse inuenitur. Eius: & subsequentium etiam initium medium & finem atq; maximæ diei in quolibet ipsorum horas generale nostrum (pro cuius intelligentia hæc scribimus) tibi liquido ostendet.

¶ Dia Siens a Siene Aegypti urbe: quod est prouintia Thæbaidos principium.

¶ Dia Alexandrias. Ab Alexandria insigni urbe Africae Aegypti Metropoli: quam Alexander Magnus condidit: de quo dictū est a poeta. Vnus Pelleo inueni nō sufficit orbis.

¶ Dia Rhodon: a Rhodo Asia minoris insula: quæ & sui nominis in ea sitam nostra tempestate claram ciuitam habet fortiter Thurcarum efferos bellicosq; impetus sustinent: atq; profligantem generosissime.

¶ Dia Rhomes: ab urbe Europæ notissima: inter Italicas maxime clara: & in signi olim gentium domitrice: atq; orbis patre: nunc patris patrum maximi sede.

¶ Dia Boris chenes: a magno Scytharū fluuij qui est quartus ab Histro.

¶ Dia Rhipheon: a Rhipheis montibus qui in Sarmatica Europa inignes sunt perpetua niue candentes.

¶ Ab his insignibus locis per quæ ferme climatum lineæ med. & trāsseunt septem dimata (quæ Ptholomeus posuit) sua sortiuntur nomina.

Climata.

1

2

3

4

Rhodos

5

6

7

D

SPERAE MAT

¶ Oſtaū Ptholomæus non poſuit: cū illud terræ quodcūq; eſt ipſi incognitum a nuperioribus luſtratū ſit. & dicitur Diatyles: quod ipſius principium (qui eſt Paralellus ab æquatore. xxvi.) rectiſſime per Tylem ſit protēſus. Et aut Tyle Septemtrionalis inſula de qua Maro noſter: Tibi ſeruiet ultima Tyle.

¶ Et hæc de climatibus ab æquatore Septemtrionē uerſus. Pari modo dicendum eſt de eis quæ ſunt ultra æqui noctialem ad Auſtrum: quorum ſex contraria nomina habentia ſunt luſtrata et dici poſſunt antidia Meroes: antidia Alexandrias: Antidia Rhodon: Antidia Rhomes: antidia Borifche nes: a græca particula antiquæ oppoſitum uel contra denotat. Atq; in ſexto climate Antarctici uerſus: & pars extrema Africæ nuper reperta & Zamzibar: laua minor: & Seula inſulæ & quarta orbis pars (quæ quia americanus inuenit American: quaſi Americi terram: ſiue Americā nūcupare licet) ſitæ ſunt. De quibus Auſtralibus climatibus hæc Pomponii Mellæ Geographi uerba intelligenda ſunt: ubi ait Zonæ habiles paria agunt anni tempora. uerū non pariter. Anticthones alteram: nos alteram incolimus. illius ſitus ob ariditatem intercedentis plagæ incognitus: huius dicendus eſt. Vbi animaduertendum eſt quod climate quodq; alios q̄ aliud plerumq; foetus producat: cum diuerſæ ſunt nature: & alia atq; alia ſyderū uirtute moderētur. Vnde Virgilius.

Amerige.

Pōpo. Mellæ.

Virgilius.

Nec uero terræ ferre omnes omnia poſſunt
Hic fegetes: illic ueniunt foelicius uuæ
Arborei foetus alibi: atq; iniuſſa uiſcunt
Gramina. Nonne uides croceos ut Thmolus odores
India mittit ebur: mittunt ſua thura Sabai
At Calybes nudi ferrum: uiroſaq; pontus
Coſtorea. Eliadum palmas Epiros equarum &c.

Oſtauum Caput De uentis.

¶ Quoniā in ſuperioribus uentorum aliquando incidēt memores fui imus (cum ſcilicet polū Borei: polū Nothici: atq; id genus alia diximus) & ipſorū cognitio non nihil momenti immo magnam utilitatē ad Coſmographiam habere dignoſcitur: ideo hoc ſubſequenti capite quædam de uen-

RVDINENTA

tis (qui & spiritus & flatus dicuntur) trademus. Est igitur nētus (ut a Philosophis definit) exhalatio calida & sicca lateraliter circa terram mota &c.

¶ Quia uero sol secundum binos tropicos: & ipsum æquatorem triplicem ortum atq; occasum: æstiuale scilicet æqui noctiuale: ac hyemalem feruat: & meridei similiterq; ipsius septentrionis utrinq; sunt latera: quarū quælibet propriū uētum habent: ideo summam. xii. sunt uenti: tres orientis, tres occidentis totidem meridei: medienoctis totidē: ex quibus quatuor qui in sequenti formula medium locum tenebūt principales sunt: alii minus princi.

Oriens

Occidens.

Collat.	Trop. Canc.	<small>κτεκτε</small>	Chorus
Medii.	Æquator.	Subsolāus.	Fauoni. q. et Zephi.
Collat.	Trop. Cap.	Eurus qui & Vulturri.	Africus q. et Lybs.

Collat.	Meridies	Media nox	Ventorū forma.
Medii	Euronothus	Septentrio	
Collat.	Auter: qui & Nothus	Aquilo qui & Boreas	
Collat.	Lybonothus	Trachias q. & Circius.	

Poetæ in principales (qui et collaterales dicuntur) pro principalioribus exlicentia (ut suus sibi mos est) usurpate con-
fueuerunt: Hinc & Ouidius ait.

Eurus ad Auroram Nabathæaq; regna recessit
Persidaq; & radiis iuga subdita matutinis.

Vesper & occiduo quæ littora sole tepescunt

Proxima sunt Zephiro: Scythiam: septemq; Triones

Horrifer iuuasit Boreas: contraria tellus

Nubibus assiduis: pluuiiq; madescit ab Austro

¶ Est autem Subsolani aura saluberrima: quæ a sole purior & subtilior aliis efficitur.

¶ Zephius Caloris & humoris temperiem habens montiū pruinas resoluit. Vnde est illud Vergilii Liqueitur putris Zephiro segleba resoluat.

Ouidi.

Virg.

SPHERAE MAT.

¶ Austri flatus crebro tempestatum: procellarū: atq; himbrium praefagus est. Quare & Nazo inquit, Madidis Nothus euolat alis.

Ouidi. ¶ Aquilo suo rigore aquas ligat: atq; constringit, Virgi.
Virgi. Et glacialis hyems Aquilonibus asperat undas
Gallina ¶ His de uētis Gallinarium nostrum multæ doctrinæ uirum sequentes quatuor edere uersiculos memini,

ruius,

Eu rus et Eoo flat Subsolamus ab ortu:

Flatibus occasum Zephirusq; Fauonius implent.

Auster in extremis Lybiæ et Nothus æstuat Oris.

Sudificus Boreas Aquiloq; minatur ab axe.

¶ Et licet uenti septentrionales sint natura frigidi: nihilo tamen minus quando torridam zonam pertranseunt: mitigatur: sicut & de Austro torridam Zonam anteaq; ad nos ueniat transeunte compertum est. Quod sequentibus uersibus insinuatur.

Quoq; loco prodit gelidus furit Auster: & arctis.

Cogit aquas uinculis: at dum per torrida flatu

Sydera transierit: nostras captandus in oras

Commeat. & Boreæ seu iissima tela retorquet

¶ At contra Boreas nobis grauis orbe sub imo

Fit ratione pari moderatis leuior alis.

Cætera mox uarios qua cursus flamina mittunt

Immutant propriæ naturam sedis eundo.

¶ Hucusq; de uentis dictum sufficiat. Ponamus nunc harum oim figuram uniuersalẽ: in qua sint poli: axes: circuli cum maiores tum etiam minores: oriens: occidens: quinque zonæ: gradus longitudinis: latitudinis tam ipsius terræq; cœli: paralleli: climata: uenti &c.

CAPVT. IX. DE QVIBVSDAM COSMOGRAPHIAE RVDIMENTIS.

¶ Omnẽ terræ ambitū ad cœli spacium puncti obtinere rationem Astronomicis demonstrationibus constat. Ita ut si ad cœlestis globi magnitudinem cõferat: nihil spacii profus habere iudicetur. Et hius quidem tam exigue in mundo regionis quarta fere portio est quæ Ptholomæo cognita a nobis animantibus incolitur. Atq; in tris partes hætenus scissa fuit, Europam: Africam: & Asiam.

RVDIMENTA

¶ Europa ab occidente mari Athlantico: a septem. Britani-
co: ab oriente Thanai: Meotide palude: & ponto: a meridiã
mari mediterraneo clauditur: habetq; in se Hispaniã: Galliã
Germaniam: Rhætiam: Italiã: Græciam: & Sarmatiã. Sic
dicta a filia regis Agenoris eius nominis: quæ dum uirgini-
bus Tyris comitata in marino litore puellari studio lude-
ret & canistra floribus stiparet: ab Ioue in thaurum niueum
uerso rapta illius tergo incedisse: & per æquora pōti in Cræ-
tam delata terræ contra iacenti nomē dedisse creditur.

¶ Africa ab occidente mari Athlantico: a meridiã oceano
Aethiopico: a Septentrione mari mediterraneo: & ab ortu
Nili flumine terminatur. Ea in se cōplectitur Mauritanias.
Tingitanam & Cæsariensem: Libiam interiorem. Numidiã
(quam & Mapaliam dicunt) minorem Africam (in qua est
Chartago Romani imperii olim pertinax amula) Cyrenei-
cam: Marmaricam: Libiam (quo etiam nomine tota Africa
a Libe rege Maurithaniã appellatur) Aethiopiã interiõrẽ
Aegiptum &c. Et dicitur Africa quod frigoris rigiditate careat.

¶ Asia (quæ ceteras magnitudine & opibus lōgissime uin-
cit) ab Europa Thanai fluuiio: atq; ab Africa Ischmo (qui in
Australem plagam distentus Arabiæ & Aegipti finum per-
scindit) secernitur. Hæc principalissimas regiões habet Bi-
thiniam: Galatiam: Capadociam: Pamphiliam: Lidiã: Cili-
ciam: Armentas maiorem & minorem. Colchiden: Hircaniã
Hibertiam: Albaniam: & præterea multas quas singulatim
enumerare lōga mora esset. Ita dicta ab eius nominis regina.

¶ Nunc uero & hæ partes sunt latius lustratæ: & alia quart-
ta pars per Americum (ut in sequentibus audietur) inuenta
est quam non uideo cur quis iure ueter ab Americo inuēto
re sagacis ingenii uiro Amerigen quasi Americi terram: siue
Americã dicitur. cum & Europa & Asia a mulieribus sua
sortita sint nomina. Eius situm & gentis mores ex bis binis
Americi designationibus quæ sequuntur liquide intelli-
gatur.

¶ Hunc in modum terram quadripartita cognoscitur:
& sunt tres primæ partes continentes: quarta est insula: cum
omni quæq; mari circumdata conspicitur. Et licet mare unū

COSMOGRPHIAE

fit quemadmodum et ipsa tellus: multis tamen finibus distinctum: & innumeris replatum infulis uaria sibi nomina assumit: quæ & in Cosmographiæ tabulis conspiciuntur: & Priscianus in tralatione

- Priscianus.** Dionisii talibus enumerat uersibus.
Circuit Oceani gurges tamen undiq; uastus
Qui quis unus sit plurima nomina sumit,
Finibus Hesperis Athlanticus ille uocatur
At Boreæ qua gens furit Armas a sub armis
Dicitur ille piger necnō Satur idē Mortuus est aliis.
Vnde tamen primo conscendit lumine Tytan
Eoum; uocant atq; indum nomine pontum
Sed qua deexus calidum polus excipit Austrum
Aethiopum; simul pelagus Rubrum; uocatur
Circuit oceanus fictotum maximus orbem
Nominibus uariis celebratus.
- Paphiliū.** Perfecat Hesperiam primus qui porgitur undis
Pamphilcum; latus Lybiæ præterdit ab oris
Sic minor est reliquis: maior quem Caspia tellus
Suscipit intrantem uastis Aquilonis ab undis
Nomine Saturni quod Thetis possidet æquor
Caspium iste sinus simul Hircanum; uocatur
At duo qui ueniunt Australis ab æquore ponti
Hic supra currans mare Persicus efficit altum
E regione situs: qua Caspia uoluitur unda
Fluctuat ast alter Panchæa; littora pulsat
Euxeni contra pelagus protentus in Austros
Ordine principium capiens Athlantis ab unda
Herculeo celebrant quam mæte munere Gades
Coeliferasq; tenet stans Athlas monte columnas
Est primus uastis qui pontus Hibericus undis
Diuidit Europen Lybia communis utriq;
Hinc atq; hinc statua; sunt: ambæ littora cernunt
Hæc Lybies hæc Europes aduersa tuendo.
Galicū. Gallicus hunc gurges: qui Celtica littora pulsat
Excipit: hunc sequitur Ligurum cognomine dictus
Qua domini rerum terris creuere Latinis.

RV D I M E N T A

Ad petram leucen Aquilonis ab axe reductus
 Quæ freta Sicaniæ concludit littore curuo
 Insula sed Cygnos propriis pulsatur ab undis,
 Intra Iordonium pelagus Celi umq; refutis
 Inde alis tumidus Thyreni uoluit aræstus
 Ad partes uergens australes: excipit istum
 Sicaniæ gurgis solis deflexus ad ortus:
 Qui procul est utus Pachynis tenditur oris:
 Ad creten: ummâ (quæ prominet æquore) rupem
 Qua Gortyna potens medius qua Phæitos in aruis
 Arietis hanc rupem simulantem uertice frontem
 Pro merito graui Criu dixeret metopon.
 Hoc mare Gargani concludit lapygis ora:
 Illinc incipiens extenditur Adria uastus:
 Ad Boream penetrans pelago solemq; cadentem
 Ionius pariter sinus hic perhibetur ab orbe:
 Diuidit & geminas diuersis partibus oras:
 Quas tamen extremas cõiungit terminus unus
 Ad dextram patrem protenditur Illyris alma
 Post hanc Dalmatiæ populorum martia tellus
 Ad lauam Auloniam porrectus continet isthmus
 Quem tria circumdant maria undiq; litrore curuo
 Tyrhenum: Siculum: necnon simul Adria uastus
 Finibus at propriis exceptant singula uentos
 Tyrhenum Zephyro: Siculum sed tunditur Austro:
 Adria succurrens Eoo frangitur Euro.
 At post Sicaniam tractu diffunditur alto
 Ad Syrtim pelagus: Lybicus quæ cingitur oris:
 Maiorem postquam minor excipit: æquora longe
 Atq; sinu gemino resonantia littora pulsant
 Finibus a Siculis Crætæum tenditur æquor
 Ad solis ueniens ortus Salmonida poscens
 Dicitur Eous qui Crætæ terminus esse:
 Post hanc est geminum mare uastum fluctibus atris
 Fluctibus Hitmarici Boreæ quod tunditur atris
 Quod ruit aduersus celsæ de partibus Arcti
 Quod prius est Phariû perhibent: hoc littora tangit
 Præcipitis casu montis: post unda secunda

Mare
Thyrræ.

Siculû.

Adriati
cum.
Ionium

Illyricû.

Syrtis.

Mare
Crætæû

Phariû.

COSMOGRAPHIAE

- Sidoni um** Sidonium est pelagus: penetrat qua gurgite pontus.
 Ificus Arctoas ad partes æquore uergens.
 Non longe rectus: Cilicum nam frangitur oris.
 Hinc Zephiros poscens ueluti draco flectitur undis
 Quod iuga monti uagus uastat: silua usq; fatigat.
 Partibus extremis Pamphilia clauditur isto:
 Atq; Chelidoniæ rupes cinguntur eodem
 At procul hunc zephyrus finit Patareide summa.
 ¶ Post hæc Arctoas ad partes aspice rursus
Aegæu Aegæum: superat qui fluctibus æquora cuncta:
 Dispersas uasto qui gurgite Cyclades ambit
 Terminat hunc imbros pariter Tenedosq; coerces
 An iusta trahitur qua fauce Propontidis unda
 Asia: quam supra populis distenditur amplis
 Ad Notiam partem: qua latus ducitur Isthmos:
Bospho rus. Threicius sequitur post Bosphorus ostia ponti:
 Hoc nullum perhibent terras angustius orbis
Simple gades Esse fretum dirimens: hic sunt Symplegades arctæ:
 Panditur hic ponti pelagus Titanis ad ortus
 Quod petit obliquo Boream solemq; meatu
 Hinc atq; hinc medio percurrunt æquore colles:
 Vnus qui ueniens Asiæ de parte Carambis
 Dicitur australi: sed contra finibus alter
 Prominet Europæ hunc criu dixere metopon:
 ¶ Ergo conueniunt aduersi gurgite tanto
 Distantes quantum ternis transire diebus
 Eualeat nauis: bimarem sic æquore pontum
 Aspicias similem cornu quod flectitur arcus
 Neruo curuati distento dextera neruum
 Assimilat: recto trahitur nam linea ductu
 Extra quam Boream quo scandit sola Carambis
 Sed formam cornu geminatis flexibus edit
Meotis Littus: quod pontum cingit sub parte sinistra
 In quam Meotis penetrans Aquilionis ad axes.
 Quam Scythiæ gentes circundant undiq; ripis
 Et matrem ponti perhibent Meotidis undam:
Thaur us. Scilicet hic ponti uis exit gurgite multo
 Cimmerium torrens per Bosphoron hic ubi Thaurum

RVDIMENTA

Cimmerii gelidis habitant sub finibus imum

Hæc maris est species splendens hæc forma profundi.

¶ Est autem ut prædiximus mare plænû infulus equibus

maximæ & principales iuxta Ptholomæum hæc sunt

Taprobana in mari Indico sub æquatore

Albion quæ & Britannia & Anglia

Sardinia in mari mediterraneo

Candia quæ & Creta in sinu Aegeo

Selandia

Sicilia in mari mediterraneo

Cotlyca

Ciprus

Extra Ptholomæum.

Madagascar in mari Prasodo

Zanzibar

Iaua in Oceano Indico orientali

Angama

Penta In oceano Indico

Seula

Zipangri in Oceano occidentali

Hæc sunt ingentes quas cingit Tethyos unda

Insulæ: adhuc aliæ diuersis partibus orbis.

Diuersæ plures fama latuere minores

Auris difficiles nautis uel portibus aptæ

Quarum non facile est mihi pmere nomina uersu.

¶ Ceterû ut unius loci ab altero distantiã cognoscere possis

poli eleuatio tibi cû primis cõsideranda uenit. Annotan

dû igit paucis quod (ut ex superioribus liquet) uiuētibus

sub parallelo æquinoctiali uterq; polus in horizõte est. Eû

ti aut ad septentrionem eo magis subleuat polus quãto plus

aliquis ab æquatore discesserit. Quæ poli eleuatio regio

num & locorum ab æquatore distantiã demonstrat. Et

enim tantus loci tractus ab æquatore cuius mensuram sci

re desideras: quanta est eleuatio poli ad zenith eiusdem. Ex

quibus miliarium numerus facilis cognitu euadit: dum

eundem per numerum eleuationis poli multiplicaueris.

Verû tamen non sunt secundum Ptholomæi sententiã

milliaria acirculo æquinoctiali ad Arcton ubiq; gentium

Priscia/
nus

Prolo/
quium.

æquales. Nā a p̄no eq̄toris gradu usq; ad .xii. q̄libet gradu sexaginta Italica milliaria cōtinet que faciūt. Germanica Cōiter em̄ quatuor Italica pro uno Germanico reputantur Et a .12. gradu vsq; ad .25. q̄libet .59. milliaria facit quæ sunt Germanis .14. $\frac{1}{2}$. $\frac{1}{4}$. Atq; ut res fiat a p̄tior ponemus formulam sequentem.

	Gradus	Gradus	Milia Ital.	Mil. Ger.
Æqua tor.	1	12	60	15
	12	25	59	14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$
Tropi cus.	25	30	54	13 $\frac{1}{2}$
	30	37	50	21 $\frac{1}{2}$
	37	41	47	11 $\frac{1}{4}$
	41 vsq; ad	51 faciunt	40	10
Circu. Arcti. Polus Arcti.	51	57	32	8
	57	63	28	7
	63	66	26	6 $\frac{1}{2}$
	66	70	21	5 $\frac{1}{4}$
	70	80	6	1 $\frac{1}{2}$
	80	90		0

Et ita quoq; ab æquinoctiali uersus polos tam antarcticū q̄ arcticum graduum latitudinis contentia uariatur. Quod si scire uolueris quot ab uno loco ad aliū milliaria sint: perpende diligenter in quibus gradibus latitudinis sint talia loca: & quot gradus medient: deinde uide in formula superiori quot milliaria talis gradus habeat & multiplica numerū milliariū per numerū mediorū graduū: atq; milliariū numerus resultabit: quæ cū Italica fuerint diuidas per quatuor: & Germanica habebis. Hæc p̄ inductione ad Cosmographiā dicta sufficiāt si te modo ammonuerimus prius: nos in depingendis tabulis typi generalis nō omnimodo sequutos esse Ptholomæū: præsertim circa nouas terras ubi in cartis marinis aliter animaduertimus æquatorem constitui q̄ Ptholomæus fecerit. Et proinde non debēt nos statim culpāre qui illud iſm nota

RVDIMENTA

uerint. Cōsulto em̄ fecimus quod hic Ptholomeū: alibi car-
tas marinas sequuti sumus. Cum & ip̄a Ptholomæus quin-
to capite primi libri. Non omnes continentis partes obſue
magnitudinis excessum ad ipsius perueniſſe notiā dicat:
et aliquas quemadmodum se habeant ob peregrinantium
negligentiam sibi minus diligenter tradiras: alias esse quas
aliter atq; aliter se habere contingat ob corruptiones & mu-
tationes in quibus pro parte corruisse cognitæ sunt. Fuit
igitur neceſſe (quod ipse sibi etiam faciendum ait) ad no-
uas temporis nostri: tradiōes. magis intendere. Et ita qui-
dem temporauimus rem: ut in plano circa nouas terras
& alia quæpiam Ptholomæum: in solido uero quod pla-
no additur descriptionem Americi subſequentem secta-
ti fuerimus.

Phileſius Voſeſigena Lectori.

Rura papirifero qua florent pinguia Syro
Et faciunt Lunæ magna fluenta lacus
Adextris montes sunt lus: Danchis: quoq; Maſcha
Illorum Aethiopes inferiora tenent
Aphrica conſurſur quibus e regionibus aura
Aſilans cum Libico feruida regna Notho.
Ex alia populo Vulturſus parte calenti.
Indica ueloci per freta calle uenit.
Subiacet hic æquo noctis Taprobana circo
Baſſaꝝ Praſodo cernitur ipſa ſalo
Aethiopes extra terra eſt Baſſamq; marinam
Non nota e tabulis o Ptholomæe tuis.
Cornigeri Zenith tropici cui cernitur hirci
Atq; comes multæ funditor ipſus aquæ.
Dextrorſum immenſo tellus iacet æquore cincta
Tellus: quam recolit nuda caterua uirum
Hanc quem clara ſuum iactat Luſitania regem
Inuenit miſſa per uada claſſe maris.
Sed quid plura: ſitum: gentis moreſq; repertæ
Americi parua mole libellus habet.
Candide ſyncero uoluas hunc peſtore leſtor
Et lege non naſum Rhinocerontis habens

Ptholo-
mæus.

Nilus
Lacus
Lunæ
lus.
Dāchis
Maſc.
Aethio
pes
Aphricæ
Libono-
thus
Vultur-
Tapro-
bana
Maræ
Praſo.
Pars a-
phricæ i-
uenta.
Ameri-
ge.

RVDIMENTA
QVATVOR AMERICI VESPV
TII NAVIGACIONES.

Eius qui subsequentem terra
rum descriptionem de
uulgari Gallico
in Latinum
trāstulit.

De castichon ad lectorem.

Aspicias tenuem quisquis fortasse logiam
Nauigium memorat pagina nostra placens.
Continet inuentas oras: gentesq; recenter
Letificare sua quæ nouitate queant.
Hæcerat altiloquo prouincia danda Maroni
Qui daret excelsæ uerba polira rei.
Ille quot ambiuit freta cantat Troius heros:
Sic tua Vesputi uela canenda forent.
Has igitur lectu terras uisurus: in illis
Materiam libra: non faciētis opus.

Item distichon ad eundem.

Cum noua delectent fama testante loquaci
Quæ recreare queunt hic noua lector habes

• ΤΕΛΟΣ.

Illustrissimo Renato Iherusalem
& Siciliae regi: duci Lotho
ringia ac Barō. Ame
ricus Vesputius hu
milē reuerentiā
& debitā recō
médationē.



Ieri potest illustrissime Rex ut tua maiestas mea ista
temeritate ducas in admirationē: ppter ea qd hæce
litteras tā plixas ad te scribere nō subuear: cū tñ scia
te continuo i arduis cōsiliis & crebris reip. u. negociis occupatis

simum. Atq; existimabor forte nō modo p̄sumptuosus: sed etiam
ociosus: id mihi muneris uendicans: ut res statui tuo minus conue-
nientes non delectabili sed barbaro prorsus stilo Cœluti amusus ab
humanitatis cultu alienus) ad Fernandum Castiliæ regem nomina-
tim scriptas: ad te quoq; mittā. Sed ea quam in tuas uirtutes habeo
confidentia: & comperta sequentium rerumq; neq; ab antiquis neq;
neotericis scriptarum ueritas me coram. t. M. fortassis excusabunt.
Mouit me imprimis ad scribēdum p̄sentium lator Beneuenutus
M. t. humilis famulus: & amicus meus non p̄nitendus: qui dum
me Lisbonæ reperiret precatus est ut. t. M. rerum per me quatuor pro-
fectionibus in diuersis plagis mundi uisitarum: participem facere uel-
lem. Peregi enim bis binas nauigationes ad nouas terras inuenien-
das: quarum duas ex mandato Fernandi indlyti regis Castiliæ per
magnum oceani sinum occidentem uersus fœci: alteras duas iussu
Manuelis Lusitaniæ regis ad Austrum. Itaq; me ad id negotii accin-
xi speransq; t. M. me de dientulorum numero non excludet: ubi re-
cordabitur q̄ olim mutuam habuerimus inter nos amicitiam tem-
pore iuuentutis nostræ cum grammaticæ rudimenta imbibentes
sub probata uita et doctrina uenerabilis et religiosi fratris de. S. Mar-
co. Fra. Georgii Antonii Vesputii auunculi mei pariter militare-
mus. Cuius auunculi uestigia utinam sequi potuissim: alius profe-
cto (ut & ipse Petrarcha ait) essem q̄ sum. Vt cumq; tamē sit: non me
pudet esse qui sum. Semper enim in ipsa uirtute & rebus studiosis
summam habui delectationem. Quod si tibi hæ narrationes omni-
no non placuerint: dicam sicut Plinius ad Mæcenatē scribit Olim
faciis meis delectari solebas. Et licet. M. t. sine fine in reipublicæ ne-
gociis occupata sit: nihilominus tantum temporis quandoq; suffu-
raberis: ut has res quibus ridiculas (quæ tamen sua nouitate iuuabūt)
perlegere possis. Habebis enim hisce meis litteris post curarum fomē-
ta & mediantia negotior: non modicam delectationem: sicut
et ipse scœniculus prius sumptis esculentis odorem dare et meliorem
digestionem facere assueuit. Enim uero si plus æquo prolixus fuero:
ueniam peto.

Vale.

¶ Indlytissime rex sciat. t. M. quod ad has ipsas regiones mercandi
causa primum uenerim. Dumq; per q̄drennii reuolutionem in eis
rebus negotiosus essem et uarias fortunæ mutationes animaduert-

ANTELOQ. VIVM

terem: atq; uide rem quo pacto cadauca & transitoria bona hominem ad tempus in rotæ summo tenerent: & deinde ipsum præcipitarent ad inum qui se possidere multa dicere poterat: constitui me cum uariis talium rerum casibus exandatis istiusmodi negocia dimittere: et meorum laborum finem in res laudabiliores ac plus stabiles poneri. Ita disposui me ad uarias mundi partes contemplandas: & diuersas res mirabiles uidendas. Ad quam rem se & tempus & locus oportune obtulit. Ipse enim Castiliæ rex Fernandus tunc qua tuor parabat naues ad terras nouas occidentem uersus discooperiendas: cuius celsitudo me ad talia inuestiganda in ipsam societatem legit. Et solui me uigesima die. Maii. Mcccc. xcvii. de portu Calliciæ iter nostrum per magnum oceani sinum capientes: in qua profectio. xvii. consumauimus menses: multas inuenientes terras firmas. & insulas pene innumerabiles ut plurimum habitatas: quarum maiores nostri mentionem nullam fecerunt. Vnde & ipsos antiquos talium non habuisse noticiam credimus. Et nisi memoria me fallat memini me in aliquo legere: quod mare uacuum et sine hominibus esse tenuerint. Cuius opinionis ipse Dantes Poeta noster fuit: ubi duodeuigesimo capite de inferis loquens Vlissis mortem confingit. Quæ autem mirabilia uiderim: in sequentium processu. T. M. intelliget.

TERRARVM IN SVLARVMQVE VARIARVM. DESCRIPTIO: quarum uestigiis non meminerunt autores Nuper ab anno incarnati domini. M. cccc. xcvii. bis geminis nauigatiõibus in mari discursis: inuentarum: duabus uidelicet in mari occidentali per dominum Fernandum Castiliæ: reliquis uero duabus in Australi portu per dominum Manuelem Portugalliæ serenissimos reges: Americo Vesputio uno ex Nauaderis nauiumq; prefectis præcipuo: subsequente ad præfatum dominum Fernandum Castiliæ regem; de huiusmodi terris & insulis edente narrationem.



ANNO DOMINI. N. CCCC. xcvii. xx. mēsis Maii die nos cum. iiii. conseruantia nauibus Calicium exeuntes portum: ad insulas Colim fortunatas: nunc uero magnam Canariam dictas) in fine occidentis habitati positas in

NAVIGATIO

tertio climate: super quo: extra horizontē earum: se. xxvii. gradibus
 cum duobus tertiis: septentrionalis eleuat pōlus: distansq; ab hac
 ciuitate Lisbona in qua cōscriptum extitit hoc præfens opusculum.
 cc. lxxx. leucis: uento inter meridiem & Lebecium uentum spirante:
 cursu primo pertigimus. Vbi (nobis delignis: aqua: ceterisq; nece-
 sariis prouidendo) consumptis octo fere diebus nos (facta in pri-
 mis ad deum oratione) eleuatis de hinc uento traditis uelis: nau-
 gationem nostram per ponentem incipientes: sumpta una Lebecii
 quarta: tali nauigio transcurrimus ut. xxvii. uix elapsis diebus ter-
 ræ cuiusdam applicaremus: quam firmam fore existimauimus. Di-
 statq; Canariæ magnæ ab ifulis. M. (uel circiter) leucis: extra id quod
 in zona torrida habitandum est. Quod ex eo nobis constitit: q̄ Se-
 ptemtrionalem polum extra huiuscemodi telluris horizontem. xvi.
 gradibus se eleuare: magisq; occidentalem. lxxv. q̄ in agnæ Canariæ
 insulas gradibus existere conspeximus: put instrumēta oīa monstra-
 bant. Quo in loco (iactis de prora anchoris) classē nostrā: leuca a
 littore cum media distantem: restare coegimus: nonnullis solutis
 phaelis armis & gente stipatis: cuius quibus ipm usq; ad littus attigi-
 mus. Quo q̄ primū peruenimus: gentē nudam secundū littus euntē
 innumeram percēpimus. Vnde non paruo affecti fuimus gaudio.
 Oēs enim q̄ nudi incedere cōspiciebant: uidebant quoq; propter nos
 stupefacti uehementer esse. Ex eo (ut arbitror) q̄ uestitos: alteriusq; ef-
 figiei q̄ forent nos esse intuiti sunt. Hii postq̄ nos aduenisse cogno-
 uerunt: omnes in propinquum montem quendam aufugerunt: a
 quo tunc nec nutibus nec signis pacis et amicitiae ullis: ut ad nos ac-
 cederent alliei potuerūt. Irruente uero interea nocte nos classē no-
 stram male tuto in loco (ubi nulla marinas aduersus procellas tuta
 residentia foret) confidere timentes: conuenimus una: ut hinc (ma-
 ne facto) discederemus: exquiremusq; portum quēpiam: ubi no-
 stras statione in tuta collocaremus naues. Qua deliberatiōe arrepta
 nos uento secundum collem spiranti traditis uellis: postq̄ uisu ter-
 ram ipsam sequendo: atq; ipso plaga in littore: gentes continue per-
 cipiēdo) duos integros nauigauimus dies: locum nauibus satis
 aptum comperimus. In quo media tantum leuca distantes ab ari-
 da: constitimus: uidimusq; tunc inibi innumerabilem gentium
 turbam: quam nos cominus inspicere & alloq̄ desiderātes: ipsamet
 die littori cū cymbis & nauiculis nostris appropiamus: necnon &

NAVIGATIO

tunc in terrā exiimus: ordine pulchro. xl. circiter uiri huiusmodi gente se tamen a nobis & consortio nostro penitus alienā præbente. Ita ut nullis eā modis ad colloquiū cōmunicationēue nostrā alligere ualuerim: præter ex illis paucos: quos multos post labores ob hoc susceptos: tādē attraxim⁹ ad nos dādo eis nolas: specula certos cristallinos aliaq; similia leuia: qui tum securi de nobis effecti: cōsiliatum nobiscum: necnon de pace & amicitia: tractatū uenerūt. Subeunte autē interim nocte: nos ab illis nosmet expediētes (relictis eis) nostras regressi sumus ad naues. Postea uero subsequētis summo diluculo diei infinitam in littore uirorum & mulierum paruulos suos secum uectantium gētem rursus conspeximus cognouimusq; multitudinē illam supellestem suam secum deferre totam qualem infra suo locum dicitur. Quorū q̄ plures q̄ plurimū terræ appropiauius semet in æquor proiicientes (cum maximi natatores existent) quantus et balistæ iactus nobis uenerunt natantes obuiam: susceperuntq; nos humaniter: atq; ea securitate & confidentia se ipsos inter nos cōmiserunt ac si nobiscum diutius antea cōuenissent & pariter frequentius practicauiissent: pro quare tunc per parum oblectati fuimus. De quorum moribus (quales eos habere uidimus) hic: quādoquidem se commoditas offert: interdum etiam interfeximus.

De moribus ac eorum uiuendi modis.



VANTVM ad uitam: eorumq; mores omnes: tam ma-
res q̄ foeminæ nudi pœnitus incedunt testis nō aliter ue-
rendis q̄ cum ex utero prodierūt. Hii mediocris ex istēs
staturæ multum bene proporcionati sunt quorum caro
ad rufedinem (ueluti leonum pili) uergit: qui si uestimentis oper-
ti mearent albi (credo) tanq̄ nos extarent. Nullos habent in corpore
pilos præterq̄ crines quos proceros nigrescētēsq; gerunt: & præsertim
foeminæ quæ propterea sunt tali longo nigroq; crine decoræ. Vultu
non multum speciosi sunt qm̄ latas facies tartariis adsimilatas ha-
bent: nullos sibi sinunt in superciliis oculorum ue palpebris ac cor-
pore toto (crinibus demptis) excrescere uillos: ob id quod habitos
in corpore

PRIMA

in corpore pilos quid bestiale brutaleq; reputant. Omnes tam uiri q̄ mulieres siue meando; siue currêdo leues admodum atq; ueloces existunt; quoniã (ut frequenter experti fuimus) ipsæ etiã mulieres unam aut duas percurrere leucas nihil putant; & in hoc nos christi- colas multũ præcellũt. Mirabiliter ac ultra q̄ sit credibile natãt; multo quoq; melius sceminæ q̄ masculi; quod frequẽti experimẽto didi- cimus: cum ipas etiã sceminas omni profus sustentamine deficiẽtes duas in æquore leucas p̄natate perspeximus. Arma eorũ arcus sunt & sagittæ: quas multum subtiliter fabricare norũt, Ferro metallisq; aliis carent; sed pro ferro bestiarum pisciũue dentibus suas sagittas armant; quas etiam (ut fortiores existãt) una quoq; sepe præurunt. Sagittarii sunt certissimi. Ita ut quicquid uoluerint iaculis suis feri- ant; nõnullisq; in locis mulieres quoq; optimæ sagittatrices extant. Alia etiã arma habent ueluti lanceas; præacutæ sue sudes; necnon & dauas capita mirifice laborata habentes. Pugnare potissimũ affueti sunt aduersus suos alienigenæ linguæ cõfines: cõtra quos nullis par- cendo (nisi ut eos ad acriora tormenta referuent) multum crudeli- ter dimicãt. Et cũ in prælium properant suas secum uxores (non bel- li geraturas; sed eorum post eos necessaria perlaturas) ducũt; ob idq; sola ex eis mulier tergo sibi plus imponere possit; & deinde. xxx. xl. ue- leucis subuehere (prout ipsi sæpe uidimus) q̄ uir (etiam ualidus) e- terra leuare queat. Nulla belli capita: nullosue præfectos habet; q̄n- immo (cũ eorum quilibet ex se dominus extet) nullo seruato ordi- ne meant. Nulla regnandi; dominiũue suũ extendendi aut alterius inordinatæ cupiditatis gratia pugnant; sed ueterem solũ ob inimi- ciam in illis ab antiquo insitã; cuiusquidẽ inimicitiaẽ causam in- terrogati nullam aliã indicãt nisi ut suorũ mortes uindicerent ante- cessorũ. Hæc gens sua in libertate uiuens; nulliq; obediens nec regem nec dominũ habet. Ad præliũ autẽ se potissimũ animãt; & accingunt cũ eorũ hostes ex eis quempiã; aut captiuũ detinent; aut interemerũt. Tunc enim eiusdem captiuĩ interẽptiue cõsanguineus senior quisq; exurgens exit cito in plateas & uicos; passim clamitans; inuitãsq; oes & suadens ut cum eo in prælium consanguinei sui necem uindica- turi properent; qui omnes compassione moti mox ad pugnam se ac- cingunt; atq; repente in suos inimicos irruũt. Nulla iura; nullamue iusticiam seruant; malefactores suos nequaquã puniũt; quinimmo nec parentes ipsi paruulos suos edocent; aut corripunt. Mirabiliter eos inter sese conquestionari nonnunq; uidimus. Simples in loque

NAVIGATIO

la se ostētāt. Verū callidi multū atq; astuti sunt. Perraro: & summi
 fa uoceloquuntur; eisdem quibus utimur accentibus utentes. Sua
 ut plurimū uoces inter dentes & labra formantes; aliis utuntur uoc-
 bulis q̄ nos. Horum plurime sunt ydiomatim uarietates qm̄ a cen-
 nario leucarū in centenariū diueritatē linguarū se mutuo nullate-
 nus intelligentiū reperimus. Cōmessandi modum ualde barbarū re-
 tinent; nec quidem notatis manducant horis; sed siue nocte siue die
 quotiens edendi libido suadet. Solo manducantes accumbūt; & nul-
 la mantilia nullaue gausapa (cum lineamentis pānisq; aliis cateāt)
 habent. Epulas suas atq; cibaria in uascula terrea quæ ipsimet cōfin-
 gunt; aut in medias cucurbitarū testas ponunt. In retiaculis quibus-
 dam magnis ex bombice factis & in aere suspensis dormitāt; qui mo-
 dus quis insolitus & asperior fortassis uideri queat; ego nihilominus
 talem dormitanti modum suauem plurimū iudico. Etenim cū in
 eisdem eorum retiaculis mihi plerūq; dormitasse contigerit; in illis
 mihi met ipsi melius q̄ in tapetibus quas habebamus esse p̄sen-
 si. Cor-
 pore ualde mūdi sunt & expoliti; ex eo q̄ se ipsos frequētissimē lauāt.
 Et cum egestū ire (quod salua dixerim reuerentia) coacti sunt; omni
 conamine nituntur ut a nemine perspici possint; quidē in hoc quan-
 to honesti sunt tanto in dimittenda urina se immūdos inuerecun-
 dosq; tam mates q̄ fœmine præbēt; cum siquidē illos nobiscū loquē-
 tes; & coram positos suam impudicissime urinam sapius eminxisse
 perspexerimus. Nullā legē; nullū legitimū thori fœdus in suis cōnu-
 bis obseruant; quinimmo quotquot mulieres quisq; concupiscit; tot
 habere & deinde illas quandoq; uolet (absq; hocq; id pro iniuria
 aut opprobrio habeāt) repudiare potest. Et in hac re utiq; tam uiri q̄
 mulieres eadē libertate fruūtur. Zelosi parū; libidinosi uero pluri-
 mum extant; magisq; fœmine q̄ masculi; quarū artificia ut infatigabi-
 li suæ satisfacciant libidini; hic honestatis gratia subticēda cēsui-
 mus. Eæ ipsæ in generādis paruulis fœcūdæ admodū sunt; neq; dū graui-
 dæ effectæ sunt penas aut labores euitant. Leuissimo minimoq; dolo
 repariūt. Ita ut in crastinū alacres sanataq; ubiq; ambulent; præfer-
 timq; post partum in flumen quodpiā sese ablutū uadunt; tūq; sanæ
 mūdātaq; inde (uel uti piscis) apparent. Crudelitati autē ac odio ma-
 ligno adeo deditæ sunt; ut si illas sui fors itā exacerbauerit uiri; subi-
 to certū quoddā efficiūt maleficiū; cū quo pre ingēti ira pprios fœtus
 in ppriis uteris necāt abortiūtq; deinde; cuius rei occasione infiniti-
 orum paruuli pereunt. Venusto & eleganti proportione compacto

PRIMA

corpore sunt. Ita ut in illis quidnā deforme nullo inspicere modo possit. Et quāuis disnude ambulant inter scēmina tamē earum pudibūda sic honeste reposita sunt: ut nullatenus uideri queant præterquā regiuncula illa anteriorq̄ uerecundiore uocabulo pectusculū ymū uocamus quod & in illis utiq; non aliter q̄ honeste natura ipsa uidentum reliquit. Sed et hoc necquidem curant quoniam ut paucis expediā non magis in suorum uisione pudendorum mouentur q̄ nos in oris nostri: aut uultus ostentatione. Admirandā perualderem ducerent mulierem in eis māmillas pulpas uel axas: aut uentrem rugatum ob nimīū partum habentē cum omnes equæ integre ac solide post partum semper appareant ac si nunq̄ peperissent. Hec quidem tenostri cupientissimas esse monstrabant. Neminē in hac gente legem aliquam obseruare uidimus: nec quidē iudæi aut mauri nuncupari solide queunt cum ipsis gentilibus aut paganis multo deteriores sint. Etenim non pensamus q̄ sacrificia ulla faciāt: aut q̄ loca orationis uel domos aliquas habeāt. Horum uita (quæ omnino uoluptuosa est) Epicuream existimo illorum habitationes singulis ipsis sunt communes. Idaq; illorum domus campanarum instar constructæ sunt firmiter ex magnis arboribus solide palmarum foliis desuper conteste: et aduersus uentos et tempestates tutissime nonnullisq; in locis tam magnæ ut in illarum unica sexcentas esse personas inuenimus. Inter quas octo populosissimas esse comperimus: sic ut in eis essent habitarentq; pariter animarū decem milia. Octenio quolibet aut septenio suas sedes habitationes uel transferūt: qui eius rei causam interrogati naturale responsum dederunt dicentes q̄ phœbi uehementis ætus occasione hoc facerent ob id q̄ ex illorum longiore in eodem loco residentia aer infectus corruptusq; redderetur: quæ res in eorū corporibus uarias causaret ægrotudines quæquidem eorum ratio non male sumpta nobis uisa est. Eorum diuitiæ sunt uariorum colorū auium plumæ: aut in modum lapillorū illorum quos uulgariter pater noster uocitamus lamine siue calculi quos ex piscium ossibus lapillis uel uiridibus: aut candidis faciūt: & nos ornatus gratia sibi ad genas labia: uel aures suspendunt. Alia quoq; similia futilia & leuia pro diuitiis habent quæ nos omnino paruipendebamus. Commutationibus aut mercimoniis in uendendo: aut emēdo nullis utuntur quibus satis est quod natura sibi sua ppinat. Aunū uniones iocalia cæteraq; similia quæ in hac Eu-

NAVIGATIO

ropa pro diuitiis habemus nihil extimant: immo pœnitus spernunt: ne habere curant. In dando sic naturaliter liberalissimi sunt ut nihil quod ab eis expetatur abnegent. Et quemadmodum in dando liberales sunt: sic in petendo & accipiendo cupidissimi postquam amicos exhibuerint. Maximam potissimumque amicitiam sue lignum in hoc perhibent: quod tam uxores quam filias proprias amicis suis pro libito habendas offerunt: in qua re parens uterque se longe honoratum iri existimat cum nata eius: etsi uirginem ad concubitum suum quispiam dignatur: & abducit & in hoc suam inter se amicitiam potissimum conciliant. Variis in eorum decessu multisque modis exequiis utuntur. Porro suos nonnulli defunctos in humo cum aqua sepeliunt: & inhumari putant: nullum deinde propter eos alium planctum: aut alias ceremonias efficientes. Alii quibusdam in locis barbarissimo: atque inhumanissimo sepeliendi utuntur modo. Quippe cum eorum quempiam mortis momento proximam autumant: illum eius propinquiores in siluam ingentem quandam deferunt ubi eum in bombiceis retiaculis illis in quibus dormitant impositum: & recubantem ad duas arbores in aera suspendunt: ac postmodum ductis circa eum sic suspensum una tota die choreis irruente interim nocte ei aquam uictumque alium ex quo quattuor aut circiter dies uiuere queat ad caput apponunt: & deinde sic inibi solo pendente relicto ad suas habitationes redeunt: quibus ita peractis si isdem ægrotus postea manducet & bibat: ac inde ad conualescentiam sanitatemque redeat: & ad habitationem propriam remeet: illum eius affines ac propinqui: cum maximis suscipiunt ceremoniis. At per pauci sunt qui tam grande prætereant periculum cum eos ibidem nemo postea uisitet: qui situm inibi forsitan decedunt nullam aliam habent postea sepulturam. Alios quoque complures barbaros habent ritus: quos euitanda prolixitatis hic omittimus gratia. Diuersis uariisque medicaminibus in suis morbis: & ægrotudinibus utuntur: quæ sic a nostris discrepant & discoueniunt: ut miraremur haud parum qualiter inde quis euadere possit. Nempe ut frequenti didicimus experientia cum eorum quempiam febrecitare contigerit hora qua febris eum asperius inquietat ipsum in frigidissimam aquam immergunt & balneat postmodumque per duas horas circa ignem ualidum (donec plurimum calefacit) currere & recurrere cogunt: & postremo ad dormiendum deferunt quo quidem medicamento complures eorum sanitati restitui uidimus. Dietis etiam (quibus tribus quattuorue diebus

PRIMA

abſq; cibo & potu perſiſtunt) frequentiffimis utuntur. Sanguinem quoq; ſibi ſepe cominuūt non in brachiis (ſalua ala) ſed in lum- bis & tibi arū pulpis. Seiſos etiā ad uomitum cū certis herbis quas in ore deferunt medicaminis gratia plerūq; prouocant: & multis aliis remediis antidotiſq; utuntur quæ longum dinumerare foret. Mul- to ſanguine multoq; ſlegmatico humore habundant cibariorum ſuorum occaſione quæ ex radicibus: fructibus: herbis: uariisq; piſci- bus faciūt. Omni farris granorūq; aliorum ſemine carent. Commu- nis uero eorum paſtus ſiue uictus arborea radix quedam eſt quā in farinam ſatis bonā cominuunt: & hanc radicem quidam eorum iu- cha: alii chambī: alii uero ygnami uocitant. Aliis carnibus: præterq; hominum perraro ueſcuntur in quibus quidem hominum carni- bus uorandis: ſic inhumani ſunt & manſueti: ut in hoc omnem fe- ralem omnēue beſtialem modum ſuperent. Omnes eñ hoſtes ſuos quos aut perimunt: aut captos detinent: tam uiros q̄ ſœminas indi- ſtincte cum ea feritate deglutiunt ut nihil ferum: nihil ue brutū ma- gis dici uel inſpici queat: quos quidem ſic eferos immanefq; fore: u a- riis in locis mihi frequentius cōtigit aſpexiſſe mirantibus illis q̄ ini- micos noſtros ſic quoq; nequaquam manducaremus. Et hoc procer- to maieſtas ueſtra regia teneat. Eorū conſuetudines (quas plurimas habent) ſic barbare ſunt ut hic nunc ſufficienter ſatis enarrari nō ua- leant. Et quoniā in meis hiſce bis geminis nauigationibus: tam ua- ria diuerſaq; ac tam a noſtris rebus & modis differentia perſpexi. Idcirco libellum quēpiam (quem quatuor dietas ſiue quatuor nau- gationes appello) conſcribere paraui conſcripſiq; in quo maiorem rerum a me uifarum partem diſtinctæ ſatis: iuxta ingenioli mei te- nuitatem: collegi. Verūtamen nō adhuc publicauī. In illo uero quo- niam omnia particulariter magis ac ſigillatim tãgētur: idcirco uni- uerſalia hic ſolūmodo proſequens ad nauigationem noſtram prio- rem perficiendam a qua pauliſper digreſſus fueram iam redeo.

IN HOC NAVIGII noſtri primo radio notabilis commoditatis res: non uidimus idcirco (ut opinor) q̄ eorum linguam non capie- bamus præterq; nonnullam auri denotantiam: quod nonnulla indi- cia in tellure illa eſſe monſtrabant. Heccine uero tellus quo ad ſui ſi- tum poſitionemq; tam bona eſt: ut uix melior queat. Concordau- mus autem ut illam derelinquentes longius nauigationem produ- ceremus. Qua unanimitate ſuſcepta: nos dehinc aridam ipſam col- lateraliter ſemper ſectantes: nec non gyros multos ſcalasq; plures cir-

NAVIGATIO

cuneantes: & interim cum multis uariisq; locorū illorū incolis cō-
 ferentiam habentes: tandem certos post aliquo dies portui euidam
 applicuimus: in quo nos grandi a periculo altitono spiritui compla-
 cuit eripere. Huius enim modi portū q̄primū introgressi fuimus po-
 pulationem unam eorum hoc est pagum: aut uillā super aquas (ut
 Venetiæ) positam comperimus: in qua ingentes. xx. edes: aut circiter
 erant in modū campanarum: ut præactum est effectæ: atq; super li-
 gneis uallis solidis & fortibus firmiter fundatæ: præ quarum portici-
 bus leuaticii pontes porrecti erant per quos ab altera ad alteram tāq;
 per compactissimi mam stratā transitus erat. Igitur huiusmodi popula-
 tionis incolæ q̄primū nos intuitu ita sunt magno p̄pter nos timo-
 re affecti sunt: q̄obrem suos confestim pontes omnes cōtra nos eleua-
 uerunt: & sese deinde in suis domibus abdidērunt. Quam rem p̄spe-
 ctantibus nobis & haud parum admirātibus ecce duodecim eorum
 lintres uel circiter: singulas ex solo arboris caudice cauatas (quo na-
 uium generū utuntur) ad nos interim p̄ æquor aduentare conspe-
 ximus: quorū naucleri effigiem nostram habitūmq; mirātes: ac se-
 fe circū nos undiq; recumferentes nos eminus aspiciēbant. Quos nos
 quoq; ex aduerso prospiciētes: plurima eis amicitia signa dedimus:
 quibus eos: ut ad nos intrepidi accederent: exhortabamur: quod ta-
 men efficere contempserunt. Quā rem nobis percipientibus mox ad
 eos remigare incepimus: qui nequāq; nos præstolati sunt q̄nimmo
 omnes cōfestim in terram fugerunt datis nobis interim signis ut il-
 los paulisper expectaremus. Ipsi enī extemplo reuersuri foret. Tumq;
 in montē quendam p̄perauerunt: a quo eductis bis octo iuuenulis
 & in lintribus suis prefatis una secū assumptis mox uersus nos regres-
 si sunt. Et post hæc ex iuuenulis ipsi quattuor in singulis nauiū no-
 strarū posuerūt: quem faciēdi modū nos haud parum admirāti tunc
 fuimus. put uestrā satis p̄p̄dere pōt maiestas. Cæterūq; cum lintribus
 suis præmissis inter nos nauesq; nostras cōmixti sunt & nobiscum sic
 pacifice locuti sunt ut illos amicos nostros fidelissimos esse reputare-
 mus. Interea uero ecce quoq; ex domibus eorū præmemoratis gēs non
 modica per mare natitans aduentare cōcepit quibus: Ita aduenienti-
 bus & nauibus nostris iam appropinquare incipientibus: nec tamē
 proinde mali quicq; adhuc suspicaremur rursū ad earūdem domo-
 rū eorum fores: uetulas nonnullas conspeximus quæ immaniter uo-
 ciferantes: & cœlum magnis clamoribus implētes sibimet: in magnæ
 anxietatis indicium proprios euellebant capillos quæ res magnam

PRIMA

mali suspicionem nobis tunc attulit. Tumq; subito factum est ut iu uenule ille quas in nostris imposuerant nauibus: mox in mare pro filerent ac illi qui in lintribus erant sese a nobis elongantes: mox cōtra nos arcus suos intenderent: nosq; durissime sagittarent. Qui uero a domibus per mare natantes adueniebant singuli latētes in undis lanceas ferebāt ex quibus eorum prodicionem cognouimus. Et tum non solum nosmet magnanimiter defendere: uerumetiam illos gra uiter offendere incepimus. Ita ut plures eorum fasellos cum strage eorū non parua perfrerimus: & pœnitus in ponto submerserimus propter quod reliquis faselis suis cum damno eorū maximo relictis per mare natantes omnes in terram fugerunt interemptis ex eis. xx. uel circiter uulneratis uero pluribus: & ex nostris quinq; dumtaxat le sis qui omnes ex dei gratia incolumitati restituti sunt. Compræhen dimus autem & tunc ex prætactis iuuenulis duas & uiros tres: ac de hinc domos eorum uisitauimus: & in illas introiuimus uerū in eis quicquam (nisi uetulas duas: & egrotantem uirum unicum) non in uenimus, quas quidem eorum domos igni succendere nō uoluimus ob id q̄ conscientia: scrupulum hoc ipsum esse formidabamus. Post hæc autem ad naues nostras cum prætactis captiuis quinq; remeauimus & eosdem captiuos: præterq̄ iuuenulas ipsas: in compedibus fereis alligauimus. Eedem uero iuuenule captiuorumq; uitorum unus peruenienti nocte a nobis subtilissime euaserunt. his itaq; peractis. Sequenti die concordauimus ut relicto portu illo longius secū dum collem procederemus percursisq; octuaginta fere leucis gentem aliam quandam comperimus lingua: & conuersatione pœnitus a priore diuersam. Conuenimusq; ut classē in ibi nostram anchora remus: & deinde in terram ipsam cū nauiculis nostris accederemus. Vidimus autem tunc ad littus in plaga gentium turbam. iiii. M. per sonarum uel circiter existere qui cum nos appropriare persenserunt nequaq̄ nos præstolati sunt: quinimmo cunētis quæ habebant relictis omnes in siluas & nemora diffugerunt. Tum uero in terram pro filientes: & uia unā in siluas tendentē: q̄tus est baliste iactus: per abulātes mox tentoria plura inuenimus quæ ibidē ad piscādū gēs illa te tēderat: & in illis copiosos ad decoquēdas epulas suas ignes accenderat: ac profecto uelut plures uariarum specierum pisces iam assabat. Vidimus autem in ibi certum assari animal quod erat (dempris alis quibus carebat) serpenti simillimum tāq̄ brutū ac siluestre apparebat: ut eius nō modicū miraremur feicitatē. Nobis uero per ea

NAVIGATIO

dem tentoria longius progredientibus plurimos huiuscemodi serpentes uiuos inuenimus qui ligatis pedibus ora quoque sinibus ligata ne eadē aperire possent habebant: prout de canibus aut feris aliis ne mordere queant effici solet. Aspectum tam ferum eadem præ se ferunt animalia: ut nos illa uenerosa putātes nullatenus auderemus contingere. Capreolis in magnitudine: brachio uero cum medio in longitudine æqualia sunt. Pedes longos materialesque multum: ac fortibus unguis armatos: necnon & discolorum pellem diuersissimam habent: rostrumque ac faciem ueri serpentis gestant: a quorum naribus usque ad extremam caudam seta quedam per tergum sic protenditur ut animalia illa ueros serpentes esse iudicaremus: & nihilominus eis gens prefata uescitur. Panē suum gens eadē ex piscibus quos in mari piscantur efficiunt. Primū enim pisciculos ipsos in feruētī aqua aliquā rīper excoquit. Deinde uero contundūt & conpistāt: & in panes cōglutinant quos super prunas in super torrent: & tandem inde postea māducant: hos quidē panes probantes quibus bonos esse reperimus. Alia quoque quā multa esculenta cibariaque tam in fructibus quā in uariis radicibus retinent: quæ longum enuenerare foret. Cum autem a siluis ad quas aufugerant nō redirent nihil de rebus eorū (ut amplius de nobis securi fierent) auferte uolumus quinymmo in eisdem eorū tentoriis permulta de reculis nostris in locis que perperdere possent derelinquētes ad naues nostras sub noctem repedauimus. Sequenti uero die cum exoriri titan, inciperet infinitam in littore gentem existere percēpimus ad quos in terrā tunc accessimus: Et quibus se nostris timidus ostenderent se ipsos tamen inter nos permiscuerunt: & nobiscū praticare ac conuersari cum securitate cœperunt amicos nostros se plurimum fore perimulantes: insinuantesque illic habitationes eorum non esse: uerum quod piscandi gratia aduenerant. Et idcirco rogantes ut ad eorum pagos cum eis accederemus ipsi etenim nos tamquam amicos recipere uellent et hanc quidem de nobis conceperāt amicitiam captiuorum duorum illorum (quos tenebamus) occasione: qui eorum inimici erant. Visa autē eorū magna rogandi importunitate cōcordauimus. xlii. ex nobis cum illi in bono appatu cum stabili mente (si cogeret necessitas) omnes stræne mori. Cū itaque nobiscum per tres extitissent dies et tres cum eis per plagam terramque illā excessissemus leucas: ad pagum unum nouem dumtaxat domorum uenimus: ubi cum tot tamque barbaris cerimonis ab eis suscepti fuimus ut scribere pena non ualeat: utputa cum choreis & canticis: ac planctibus hilarita

PRIMA

te & letitia mixtis; nec non cum ferculis cibariisq; multis. Et ibidem nocte illa requieui mus ubi proprias uxores suas nobis cū omni prodigalitate obrulerunt; quæ quidem nos sic importunæ sollicitabāt: ut uix eisdem resistere sufficeremus; postq̄ autem illic nocte una cum media die perstitimus; ingens admirabilisq; populus absq; cūctatio/ ne stuporeq; ad nos inspicendos aduenit; quorū seniores nos quoq; rogabant ut secum ad alios eorum pagos (qui longius in terra erāt) commearemus quod & quidem eis annuimus. Hic dictū facile non est q̄tos ipsi nobis impenderūt honores. Fuimus autem apud q̄mul/ tas eorum populationes; per integros nouem dies cum ipsis euntes ob quod nobis nostri quæ in nauibus remanserant; retulerunt socii se idcirco plarumq; in anxietate timoreq; non minimo extitisse. No/ bis autem bis nouem leucis; aut circiter in eorum terra existētibus ad naues nostras repedare proposuimus. Et quidem nostrū in regressū tam copiosa ex eis uiroꝝ ac mulierū multitudo occurrit qui nos usq; ad mare prosecuti sunt: ut hoc ipsum mirabile foret. Cumq; no/ stri quempiam ex itinere fatigatum iri contingeret ipsi nos subleua/ bant: & in suis retiaculis in qbus dormitant studiosissime subuehe/ bant. In trāsitu quoq; fluminum quæ apud eos plurima sunt: & ma/ xima: sic nos cum suis artificiis securæ transmittabant; ut nulla usq; pericula pertimescerimus. Plurimi etiam eorum nos comitabantur rerum suarū onusti; quas nobis dederant illas in retiaculis illis qui bus dormiunt uestantes plumaria: uidelicet præditiā necnon arcus multos; sagittasq; multas; ac infinitos diuersoꝝ colorū psitacos. Alii quoq; complures supellestitem suā totam ferētes animalia etiā fortunatū se felicemq; putabat qui in transmeandis aquis nos in collo dorsoue suo transuectare poterat. Quā primū autem ad ma/ re pertigimus & faselos nostros cōscendere uoluimus in ipso faseloꝝ nostroꝝ ascensu tanta ipsoꝝ nos cōmitantiū et nobiscū ascende/ re concertantium ac naues nostras uidere concupiscentium præ/ sura fuit ut nostri Idem faseli pœne præpondere submergerētur: in ipsis aut nostris eisdē faselis recepimus ex eis nobiscū quotquot po/ tuimus aecos ad naues nostras usq; perduximus. Tanti etiā illoꝝ per/ mare natantes & una nos cōcomitantes aduenerūt ut tot aduentare molestiuscule ferremus cum siquidē pluresq; mille in nostras naues licet nudi et inermes introiissent: appatū artificiūq; nostrū necnō & nauī ipsarū magnitudinē mirantes. Ast tunc quiddā risu dignū accidit. Nam cū machinarū: tormentoꝝq; bellicoꝝ nostroꝝ quedā

NAVIGATIO

exonerare concuperemus & propter hoc (imposito igne) machinæ
 ipsæ horridissime tenuissent pars illorum maxima (audito huiusce
 modi tonitruo) sese in mare natitans percipit ait: ueluti solite sunt
 rane in ripa fidentes quæ si fortassis tumultuosum quicquã audiūt
 sese in profundum luti latitaturæ immergunt: quemadmodum &
 gens illa tunc fecerunt illiq; eorum qui ad naues aufugerant: sic tūc
 perterriti fuerunt ut nos facti nostri nosmet reprehenderemus. Ve-
 rum illos mox securos esse fecimus: nec amplius stupidos esse permis-
 mus insinuantes eis q; cū talibus armis hostes nostros periremetus.
 Postq; autē illos illa tota die in nauibus nostris festiuæ tractauimus
 ipsos a nobis abituros esse monuimus qm̄ sequēti nocte nos ab hinc
 abscedere cupiebamus: Quo audito: ipsi cum summa amicitia: be-
 neuolentiq; mox a nobis egressi sunt. In hac gēte eorūq; terra q̄mul-
 tos eorum ritus uidi cognouiq; in quibus hic diutius immorari nō
 cupio Cū postea nosse uestra queat maiestas qualiter in quauis na-
 uigationum harum mæratū magis admiranda annotatuq; dignio-
 ra conscripserim ac in libellum unū stilo geographico collegere quæ
 libellum quattuor dietas intitulauī & in quo singula particulari-
 ter & minutim notauī: sed hactenus a me nō emisi ob id q; illum ad
 huc reuifere collatione q; mihi necesse est. Terra illa gente multa po-
 pulosa est ac multis diuersis q̄ animalibus & nostris paucissime simi-
 libus undiq; dēfissima. Demp̄tis leonibus ur̄sis ceruis suis capreo-
 lisq; & damnis quæ & quidem deformitatem quandā a nostris reti-
 nent equis ac mulis asinisq; & canibus ac omni minuto pecore (ut
 sunt oues & similia) necnon & uacinis armentis pœnitus carēt ue-
 runtamē aliis q̄ plurimis uariorum generum animalibus (quæ nō
 facile dixerim) habundātes sunt sed tamē omnia siluestria sunt qui-
 bus in suis agendis minime utūtur. Quid plura? Hii tot tantisq; di-
 uersorum modorū ac colorum pænnarumq; alitibus secundi sunt
 ut id sit uisu enarratuq; mirabile regio siquidem illa multū amena
 fructiferaq; est: siluis ac nemoribus maximis plana quæ omni tēpo-
 re uirent: nec eorum unq; folia fluunt. Fructus etiam innumerabiles
 & nostris omnino dissimiles habent hæccine tellus intorrida zona
 sita est directe sub paralelo qui cancri tropicum describit: unde po-
 lus orientis ei usdem se. xxiii. gradibus eleuat in fine climatis secū-
 di. Nobis autē inibi existentibus nos contemplatum populus mul-
 tus aduenit: effigiem albedinemq; nostram mirantes quibus undē

PRIMA

ueniremus sciscitantibus e caelo inuisende terre gratia nos descen-
dise respondimus quod & utiq; ipsi credebant in hanc tellure bap-
teria fonte sua sacros plures inlituimus; in quibus eorum infiniti
seipfos baptisari fecerunt se eoru lingua chara ibi hoc est magnae sapi-
tia uiros uocates. Et prouincia ipsa Parias ab ipsis nucupata est. Post-
ea autē portum illum terramq; derelinquētes ac secundum collem
transnauigantes & terrā ipsam uisu semper sequētes. Dccc.lxx.leucas
a portu illo percurrimus facientes gyros circuitusq; interim multos
& cum gentibus multis conuersantes practicantesq;. Vbi in plarifq;
locis aurum (sed non in grandi copia) emimus cū nobis terras illas
reperire & si in eis aurū foret tunc sufficeret cognoscere Et quia tunc
xiii. iam mensibus in nauigatione nostra perstiteramus & naualia
nostra apparatusq; nostri toti penā consumpti erant hominesq; la-
bore perfracti. Communē inter nos de restaurādis nauiculis nostris
quæ aquam undiq; recipiebant & repetunda hispania inuimus cō-
cordiam in qua dum persisteremus unanimitate prope portū
unum eramus totius orbis optimum in quem cum nauibus nostris
introeuntes: gentem ibidem infinitam inuenimus quæ nos cum
magna suscepit amicitia in terra autem illa nauiculam unam cum
reliquis nauiculis nostris ac doliis nouam fabricauimus ipsasq; ma-
chinas nostras ac tormēta bellica quæ in aquis undiq; pœne peribat
in terram suscepimus nostrasq; naues ab eis exonerauimus & post
hec in terram traximus & refecimus correximusq; & pœnitus repara-
uimus. In qua re eiusdem telluris incole non paruū nobis adiuua-
men exhibuere quinymmo nobis desuis uistualibus ex effectū largi-
ti sponte sua fuere propter quod inibi per pauca de nostris consum-
psimus quam quidem rem ingenti pro beneplacito duximus cum
fatis tenuia tunc teneremus cum quibus hispaniam nostram nō cō-
si indigentes) repetere potuissimus. In portu autē illo. xxxvii. diebus
perstitimus frequentius ad populationes eorum cum eis euntes ubi
singuli nobis non paruū exhibebāt honorem. Nobis autē portū eūdē
exire & nauigationem nostram reflectere concupiscentibus conqua-
si sunt illi gentem quandam ualde ferocem: & eis infestam existe-
re: qui certo anni tempore per uiam maris in ipsam eorum terram
per insidias ingressi nunc proditorie: nunc per uim q̄multos eorum
interimerent manducarētq; deinde. Alios uero in suā terram suasq;
domos captiuatos ducerēt: contra quos ipse uix defendere possent

NAVIGATIO

nobis insinuantes gentē illam quamdam inhabitare infulam quæ
 in mari leucis centum aut circiter erat. Quam rem ipsi nobis cum tā
 to affectu ac querimonia cōmemorauerunt ut eis ex cōdolentia ma-
 gna crederemus promitteremusq; ut de tātis eos uindicarem in iu-
 ris ppter quod illi lætantes nō parū effecti sese nobiscū uētuos spō-
 te sua propria obtulerūt quod plures ob cauās acceptare recusau-
 mus demptis septem quos data conditione recepimus ut soli in su-
 is lintribus in ppria reinearent qm̄ reducendorum eorū curā suscipe-
 re nequaquā intendebamus cui conditioni ipsi q̄ gratāter acquie-
 uerunt. Et ita illos amicos nostros plurimum effectos derlinquētes
 ab eis abcessimus. Restauratis autem reparatisq; naualibus nostris:
 septem per gyrum maris (uento inter græcum & leuantem nos du-
 cente) nauigauimus dies Post quos plurimis obuiauimus infulis
 quarum quidem aliæ habitatæ aliæ uero desertæ erant. Harum igit̄
 uni tandem appropinquātes & naues nostras mihi sistere facientes
 uidimus ibidem quāmaximum gētis aceruum qui infulam illam
 Ity nuncuparent quibus prospectis & nauiculis phaselisq; nostris ui-
 ris ualidis & machinis tribus stipatis terræ eidē uicinius appropin-
 quantes .iiii. C. uiros cū mulieribus q̄mltis iuxta littus esse conspexi-
 mus qui ut de prioribus habitum est om̄s nudi meātes corpore stræ-
 nuo erant necnon bellicosi plurimum ualidiq; apparebant cum si-
 quidem om̄s armis suis arcubus uidelicet & sagittis lanceisq; arma-
 ti essent quorum quoq; cōplures parmas etiā quadratae scuta gere-
 bant qbus sic oportune sese premuniebant ut eos i aculandis sagit-
 tis suis in aliquo non impedirent. Cumq; cum phaselis nostris terræ
 ipsi q̄tus est sagittæ uolatus appropiassemus. om̄s citius in mare pro-
 silierunt: & infinitis emissis sagittis sese contra nos strænuē ne in ter-
 ram descendere possemus defendere ceperūt. Omnes uero per cor-
 pus diuersis coloribus depicti: & uariis uolucrū pennis ornati erant:
 quos hii qui nobiscum uenerant aspicientes illos ad præliandum
 paratos esse quotiescūq; sic picti: aut auium plumis ornati sunt no-
 bis insinuerunt. Intantum autem introitum terræ nobis impedi-
 runt: ut faxiuomas machinas nostras in eos coacti fuerimus emitte-
 re: quarum audito tumultu impetug; uiso: necnon ex eis plærifq; in
 terram mortuis decidisse prospectis: omnes in terram sese recepe-
 runt. Tumq; facto inter nos consilio quadragesimosecundo de no-
 bis in terram post eos concordauimus exilire: & aduersus eos magno
 animo pugnare quod & quidem fecimus. Nam tum aduersum

PRIMA

illos in terrâ cū armis nostris p̄siluimus: cōtraq; illi sic sese nobis oppo-
 fuerunt ut duabus ferme horis cōtinuū inuicē gesserimus bellū: præ-
 ter id q̄ de eis magnā faceremus uictoriam: demptis eorū per paucis
 quos balistarii: colubrinariiq; nostri suis interemerūt telis: quod id-
 circo ita effectum est: quia seip̄os a nobis ac lanceis ensibusq; nostris
 subtiliter subtrahebant. Verūtamen tanta demum in eos incurri-
 mus uiolētia ut illos cū gladiis mucronibusq; nostris cominus attin-
 geremus. Quosquidē cum perensissent oēs in fugam per siluas & ne-
 mora conuersi sunt: ac nos campi uictores (interfectis ex eis uulnera-
 tisq; plurimis) deseruerunt. Hos autem pro die illa longiore fuga ne
 quaquā insequi uoluimus: ob id q̄ fatigati nemiū tūc essemus: quin
 potius ad naues nostras cū tantū septem illos: quæ nobiscū uenerāt
 remeauimus: læticia ut tātum in se gaudiū uix ipsi suscipere possent.
 Sequenti autē aduentate die uidimus per insulā ipsam copiosam gē-
 tium appropinquare cateruā: cornibus instrumentisq; aliis quibus
 in bellis utuntur buccinantē: qui & quoque depicti oēs ac uariis
 uolucrum plumis ornati erant. Ita ut intueri mirabile foret: quibus
 perceptis et inuito rursus inter nos deliberauimus cōsilio: ut si gēs
 hæc nobis inimicicias pararet: nosmet oēs in unū congregarem̄
 uideremusq; mutuo semp ac interim satageremus ut amicos nobis
 illos efficeremus: quibus amiciciam nostrā nō recipiētibus illos qua-
 si hostes tractarem̄: ac quotquot ex eis cōprehēdere ualeremus ser-
 uos nostros ac mansipia perpetua faceremus: & tunc armatiores ut
 potuimus circa plagā ipsam in gyrū nos collegimus. Illi uero (ut pu-
 to præ machinarum nostrarū stupore) nos in terrā tūc minime pro-
 hibuerunt exire. Exiimus igitur in eos in terrā quadrisariā diuisi.
 lviij. uiri singuli decurionē suū sequentes: & cū eis longū manuale
 gessimus bellum. Verūtamen post diuturnā pugnā plurimumq; cer-
 tamen necnō interemptos ex eis multos: oēs in fugā coegimus: & ad
 usq; populationē eorum unam persecuti fuimus: ubi comprehensis
 ex eis. xxv. captiuis eandem eorū populationē igni cōbussimus & in-
 super ad naues nostras cum ipsis. xxv. captiuis repedauius inter-
 fectis ex eadem gente uulneratisq; plurimis: ex nostris autē interēpto
 duntaxat uno sed uulneratis. xxii. qui oēs ex dei adiutorio sanita-
 tem recuperauerūt. Ceterum autem recursum in patriam per nos de-
 liberato ordinatoq; uiri septem illi qui nobiscum illuc uenerant:
 quorum quinq; in præmissō bello uulnerati extiterant phaselo uno
 in insula illa arrepto cum captiuis septem (quos illis tribuimus)

NAVIGATIO

tres uidelicet uiros & quattuor mulieres in terram suã cum gaudi magno & magna uirium nostrarũ admiratione regressi sunt. Nosq; hyspaniã uiam sequentes Caliciũ tandem repetiuius portũ cum. CC. xxii. captiuitatis personis. xv. Octobris die. Anno domini. M. ccccxcix. Vbi lætissime suscepti fuimus: ac ubi eisdem captiuos nostros uendi dimis. Et hæc sunt quæ in hac nauigatione nostra priore annotatu digniora cõspeximus.

De secundariæ nauigationis cursu.



VANTVM AD SECVNDARIE NAVIGATIONIS cursum & ea quæ in illa memoratu digna conspexitur dicetur in sequentibus. Eandem igitur inchoantes nauigationẽ Caliciũ exiuius portũ. Anno dñi. M. ccccxxxix. Maii die. Quo exitu factõ nos cursum nostrũ Campi uiridis ad insulas arripientes: necnõ ad insularũ magnæ Canariæ uisum trãsbentes intantum nauigauimus ut insulã cuiusdam quæ ignis insula dicitur applicaremus: ubi facta nobis de lignis & aqua prouisione & nauigatione nostra rursus p Lebecciũ uentũ incepta est. Post nauigatos xix. dies terrã quã a nouam tandẽ tenuimus: quã quidẽ firmã existere censuimus cõtra illam de qua facta in superioribus mentio est: & quæ quidem terra in zona torrida extra lineam æquinoctialẽ ad partem Austri sita est supra quã meridionalis polus se. v. exaltat gradibus extra quodcunq; clima distatq; eadem terra à prænomina tis insulis ut per Lebeccium uentum cõstabat leucis. cccc. In qua terra dies cum noctibus æquales. xxvii. Iunii cum sol in cancri tropico est existere reperimus. Eandem terrã in aquis oino submersam necnõ magnis fluminibus perfusam esse inuenimus: quæ & quidem semet plurimum uiridem & proceras altissimasq; arbores habentem monstrabat: unde neminem in illa esse tunc percepimus: Tum uero cõstitimus & classẽ nostram anchorauimus solutis nonnullis phaselis cum quibus. in terram ipsam accedere tẽtauimus. Porro nos aditum in illam querentes & circum eam sæpius gyantes ipsam ut præ tactum est sic fluminum undis ubiq; perfusam inuenimus ut nũsq; locus esset qui maximis aquis non immadesceret. Vidimus tamẽ interim per flumina ipsa signa q̃ multa quemadmodum ipsa eadem tellus inhabitata esset & incolis multis fecunda. At quoniã eadem signa consideraturi in ipsam descendere nequeiebamus: ad naues

PRIMA

nostras reuerti cōcordauimus quod & quidem fecimus. Quibus ab hinc ex anchoratis: postea inter Leuantem & Serocum uentū: collateraliter secundum terram (sic spirante uento) nauigauimus: pertinentes sēpius interim pluribus q̄. xl. durātibz leucis si in ipsam penetrare insulam ualeremus. Quia labor omnis inanis extitit. Cum si quidem illo in latere maris fluxum qui a Serocco ad Magistralē abibat sic uiolentum cōpererimus ut idem mare se nauigabile nō praberet. Quibus cognitis inconuenientibus consilio facto cōuenimus ut nauigium nostrū per mare ad Magistralē reflecteremus. Tumq; secundum terram ipsam intantū nauigauimus ut tandē portui unī applicaremz: qui bellissimā insulam bellicimūq; sinū quendā in eius ingressu tenebat: supra quē nobis nauigantibus ut in illū introire possemus in mēsam in insula ipsa gētū turbā a mari quatuor leucis aut circiter distantem uidimus. Cuius rei gratia lātati nō parum extitimus. Igitur paratis nauiculis nostris ut in eandem insulā uaderemus lintem quandā in qua personæ complures erant ex alto mari uenire uidimus propter quod tunc cōuenimus ut eis in uafis ipsos comprāhēderemus. Et tunc in illos nauigare in gyrum (ne euadere possent) circumdare occēpimus: quibus sua quoq; uice nitentibus uidimus illos (aura temperata manente) remis suis oibus sursum erectis quasi firmos ac resistentes se significare uelle; quā rem sic idcirco illos efficere putauimus ut inde nos in admirationē conuerterent. Cum uero sibi nos cominus appropinquare cognouissent remis suis in aquam conuersis terram uersus remigare incōperē. Attamē nobiscum carbasum unam. xlv. doliorum uolatu celerrimū educebamus: quæ tunc tali nauigio delata est ut subito uentum suū per eos obtineret. Cumq; irruendi in illos aduenisset commoditas ipsi sese apparatusq; suum in phaselo suo ordinate spargētes: se quoq; ad nauigādum accinxerunt. Itaq; cum eos prāterissemus: ipsi surgere conati sunt. At nos nōnullis: tunc expeditis phaselis: ualidis uiris stipatis illos: tunc comprāhendere putantes mox in eos incurrimus contra quos bis geminis fere horis: nobis nitentibus: nisi carbasum nostra quæ cursu eos prāterierat rursus super eos reuersa uisisset: illos pœnitens amittebamus. Cum uero ipsi se eisdem nostris phaselis carbasoq; undiq; constrictos esse perspicerent omnes quæ circiter uiginti erant: & a terra duabus fere leucis distabant: in mare saltu profilierunt. Quos nos cum phaselis nostris tota prosequentes die: nullos ex eis nisi tantummodo duos prāhēdere potuimus aliis

NAVIGATIO

omnibus in terram saluis abeuntibus. In lentre autē eorū quā *deseruerant* bis gemini iuuenes extabāt: nō de eorū gēte gēiti: sed quos in tellure aliena rapuerant: quorum singulis ex recēt i uulnere uulnē absciderant: quāres admirationē non paruam nobis attulit. Hos autem cum in nostras suscepissemus nauiculas nutibus nobis in sinuarūt quemadmodum illi eos ab ipsis manducandos abducerēt: indicantes interim quod gens hęc tam effera & crudelis humanarū carnium comestrix Cambali nuncuparetur. Postea autē nos ipsam eorum lentre nobiscum trahētes: & cum nauiculis nostris cursum eorum terram uersus arripientes parumper interim constitimus: & naues nostras mediā tātū leuca a plaga illa distātes anchorauimus: quam cum populum plurimū oberare uidissemus in illam cū ipsis nauiculis nostris subito properauimus ductis nobiscū duobus illis quos in lentre a nobis in uasa comprehēderamus. Quam primū autē terram ipsam pede cōtigimus omnes trepidi & seipsos abdituri in uicinas nemorum latebras diffugerūt. Tum uero uno ex illis quos prēhēderamus abire permisso: & plurimis illi amicitiae signis necnō nauis cymbalis ac speculis plerisq; datis: diximus ei ne propter nos ceteri qui auferant expauescerent: qm̄ eorum amicos esse plurimū cupiebamus: qui abiens iusta nostra solerter impleuit gente illa tota cccc. uidelicet fere uiris: cum foemina multis a filiis secū ad nos eductis. Qui inermes ad nos ubi cum nauiculis nostris eramus oēs uenerunt: & cum quibus tūc amicitiam bonā firmauimus restituto quoq; eis alio quem captiuum tenebamus: & pariter eorū lentre quā inuaseramus per nauiū nostrarū socios: apud quos qd̄ erat eis restitui mandauimus. Porro hęc eorum lentre quæ ex solo arboris trūco cauata & multum subtiliter effecta fuerat: longa. xxvi. passibus & lata duobus brachiis erat. Hanc cum a nobis recuperassent & tuto in loco fluminis reposuissent omēs a nobis repente fugerūt nec nobiscū amplius conuersari uoluerunt. Quo tam barbaro facto comperto: illos malæ fidei: malæq; conditionis existere cognouimus. Apud eos aurū duntaxat pauculum: quod ex auribus gestabant uidimus. Itaq; plagam illam relicta & secundum eam nauigatis. lxxx. circiter leucis stationem quandā nauiculis tutā reperimus in quam introeuntes tantas inibi cōperimus gentes ut id mirabile foret. Cum quibus facta amicitia iuimus deinde cū eis ad plures eorum pagos: ubi multum securre multumq; honeste ab eis suscepti fuimus: & ab eis interim. cccc. uniones unica nolāemimus cum auro modico quod eis ex gratia contulimus

PRIMA

contulimus. In hac terra uinum ex fructibus sementibusq; expressum ut ciceram ceruisiamue albam & rubentem bibunt; melius autem ex myre pomis ualde bonis confectū erat: ex quibus cum multis q̄bonis aliis fructibus gustui sapidis & corpori salubribus habundanter comedimus: propterea q̄ tēpestiue illuc adueneramus. Hæc eadem insula eorum rebus supellectiliue q̄ multū habundans est: gensq; ipsa bonæ cōuersationis & maioris pacificentæ est q̄ usq; alibi reperimus aliam. In hoc portu. xvii. diebus cum ingenti pla cito perstitimus ueniētib; quotidie ad nos populis multis nos effigieq; & nostrā albedinem necnon uestimenta armaq; nostra & nauium nostrarum magnitudinem admirantibus. Hii etiam nobis gentem quandā eis in festam occidentem uersus existere retulerunt: quæ gens infinitam habebant unionum quantitatem: quotq; quos ipsi habebant uniones eisdem inimicis suis in belligerationibus aduersus eos habitis abstulerant: nos quoq; & quæ admodum illos piscaretur: & quæ admodum nascerentur edocentes quorum dicta uera profecto esse cognouimus: prout et maiestas uestra posthæc amplius intelligere poterit. Relicto aut̄ portu illo & secundum plagā eandē in quā continue gentes affue re prospiciebamus cursu nostro producto portum quendam alium reficiendæ unius nauiculæ nostræ gratia: in quo gētem multam esse cōperimus: cum quibus nec ui nec amicitia cōuersationem obtinere ual uimus: illis si quādoq; in terram cum nauiculis nostris descendere mus se contra asperere defendētibus: & si quādoq; nos sustinere nō ualerent in siluas aufugiētibus: & nos nequaquā expectantibus: quorum rātam barbariem nos cognoscentes ab eis ex hinc discessimus. Tuncq; inter nauigandum in insulam quādam in mari leucis a terra. xv. distan tem uidimus quam si in ea populus quispiam esset in uisere cōcorda uimus. In illam igitur accelerantes quandam inibi inuēimus gentē quæ oim bestialissima simplissimaq;: omniū quoq; gratiosissima benignissimaq; erat: cuiusquidē gētis ritus & mores eiusmodi sunt.

De eiusdem gentis ritu & moribus.

ILLI VULTU AC GESTU CORPORIS BRUTALES AD modum extant: singuliq; maxillas herba quadam uiridi in trorsum repletas habebāt: quā pecudū inisar usq; rumi nabāt: ita ut uix quicquē eloqui possent: quorum quoq; sin guli ex collo pū illas ficcataq; cucurbitas duas: altelam earum herba ipsa quam in ore tenebāt: alteram uero ex ipsis farina quadam albi da gipso mutuo simili plānam gerebant; habito bacillo quodā quē

NAVIGATIO

in ore suo madefactum masticatumq; sæpius in cucurbitam farina repletam mittebat: & deinde cum eo de eadē farina extrahebāt: quam sibi post hæc in ore utrumq; ponebant: herbam ipsam quam in ore gestabant eadem farina respergitando: & hoc frequētissime paulatimq; efficiebant: quam rem nos admirati: illius causam secretumq; aut cur ita facerent satis nequiuimus cōprehendere. Heccine gens (ut experimento didicimus) ad nos adeo familiariter aduenit ac si nobiscum sæpius antea negociati fuissent & longæuam amicitiam habuissent. Nobis autem per plagam ipsam cum eis ambulantibus colloquētibusq; & interim recentē aquam bibere desiderantibus: ipsi per signa se talibus aquis pœnitus carere insinuantes ultro de herba farinaq; quam in ore gestabant offerebant: propter quod regionem eandem aquis deficientem q; ut sitim subleuarent suā herbam farinam talem in ore gestarent intelleximus. Vnde factum est ut nobis ita meantibus & circum plagam eandem una die cum media illos concomitantibus uiuidam aquam nusq; inuenerimus cognouerimusq; q; ea quam bibebant aqua ex rore noctu super certis foliis auriculis asini similibus decidente collecta erat. Quæquidē folia eiusmodi rore nocturno tēpore se implebant ex quo rore (qui optimus est) idem populus bibebat: sed tamē talibus foliis pleraq; eorum loca deficiebant. Heccine gens uictualibus quæ in terra solida sunt pœnitus carent quinymmo ex piscibus quos in mari piscantur uiuum. Etenim apud eos qui magni piscatores existūt pisciū ingens abūdat copia: ex quibus ipsi plurimos turtures ac q; bonos pisces alios plures: ultro nobis obtulerunt. Eorum uxores herba quā in ore uiri ipsi gerebant nusq; utebantur. Verū singulæ cucurbitā unā aqua impletam ex qua biberent habebant. Nullos domosq; pagos nulla ue tuguria gens hæc habēt præterq; folia grādia quedā sub quibus a solis feruore sed non ab ymbribus se protegunt: propter quod autumabile est q; parum in terra illa pluitet. Cum autem ad piscandum mare adierint folium unum adeo grande secum quisq; piscaturus effert ut illo in terram defixo & ad solis meatum uersato sub illius umbra aduersus æstū totum se abscondat. Hæccine in insula q; multa uariorum generum animalia sunt: quæ omnia aquam lulentam bibunt. Videntes autē q; in ea commodi nihil nancisceremur: nos relicta illa aliam quādam insulam tenuimus in quā nos ingredientiēs & recentem unde biberemus aquā inuigantēs: putātes interim ipsam eandem terrā a nullis esse habitatā: propterea q;

SECUNDA

In ea neminem inter adueniendum prospexeramus: dum per arenam deambularem us uestigia pedum q̄ magna nō nulla uidimus: ex quibus censuimus q̄ si eidem pedibus reliqua membra respo-
debāt: homines in eadem terra grandissimi habitabant. Nobis au-
tem ita per arenam deambulantibus: uiam unam in terram ducentem
comperimus secundum quam. ix. de nobis euntes infulam ipsam
inuisere parauimus ob id q̄ non q̄spaciosam illam nec q̄ multas
in ea habitare gentes existimauimus. Pererrata igitur secundum
eamdem uiam una fere leuca quinq; in conualle quadam (quæ po-
pulate apparebant) uidimus casam: in quas introeuntes quinq; in il-
lis reperimus mulieres: uetulas uidelicet duas & iuueculas tres quæ
quidem omnes sic statura proceres erant ut inde ualde miraremur.
Hæ autem protinus ut nos intuitæ sunt adeo stupefacte permanserunt
ut aufugiendi animo pœnitus deficerent. Tumq; uetulæ ipsæ
lingua eorum nobiscum blandiuscule loquentes: et sese omnes in
calam unam recipientes permulta nobis de suis uisualibus obtu-
lerunt. Eedem uero omnes longissimo uiro statura grandiores erant
& quidem æque grâdes ut Franciscus de Albicio: sed meliore q̄ nos
sumus proportionem compactæ. Quibus ita compertis posthæc una
conuenimus: ut iuueniculis ipsis per uim arreptis eas in Castiliam
quasi rem admirandam abduceremus: in qua deliberatiōe nobis exi-
stētibus ecce. xxxvi. uel circiter uiri multoq; fœminæ ipsæ altiores: &
adeo egregiæ compositi: ut illos inspicere delectabile foret casam
ipsam introire ocepērūt: propter quos tanta tūc affecti fuimus tur-
batione ut satius apud nauiculas nostras q̄ cū tali gente esse duxisse-
mus. Hii & enim ingentes arcus & sagittas necnon et fudes perticas
ue magnas instar clauarum ferebant: qui ingressi loquebantur quo-
q; inter se mutuo ac si nos compræhendere uellent. Quo tali pericu-
lo percepto diuersa etiam inter nos tunc fecimus consilia: Vnis ut
illos in ipsa eadem casa inuaderemus: aliis uero nequaq; sed foris po-
tius et in platea: et aliis ut nusq; aduersus eos pugnam quæreremus
donec quid agere uellent intelligeremus asseuerantibus. Inter que
consilia casam illam simulate exiuius et ad naues nostras rem ca-
re ocepimus ipsiq; (q̄tus est lapidis iactus) mutuo semper loquen-
tes nos insecuti sunt: haud minore q̄ nos ut autumo trepidantes for-
midine: cum nobis mirantibus ipsi quoq; eminus manerēt: & nisi
uobis ambulātib; non ambulārēt. Cū uero ad naues nostras peti-

NAVIGATIO

giffemus: & in illas ex ordine introiremus: mox omnes in mare profi-
 lierunt: & q̄ multas post nos sagittas suas iaculati sunt: sed tunc eos
 per paucum metuebamus. Nam tum machinarum nostrarum duas
 in eos (potius ut tererēt q̄ ut interirent) emifimus: quarum quidē
 tumultu percipere: omnes confestim in montem uuum propinquū
 fuga abierunt: et ita ab eis erepti fuimus discessimusq; pariter. Hui om-
 nes nudi ut de prioribus habitum est eunt. Appellauimusq; insulā
 illam: gigantum (ob proceritatem eorum) insulam. Nobis autē ul-
 terius & a terra paulo distātius transfremigantibus sepius interdum:
 cum eis pugnasse nobis accidit: ob id q̄ quicq; a tellure sua sibi tolli
 nequaquam permittere uellent. Et utiq; quidem repet undā Castil-
 lie propositum iam nobis in mentem subierat: ob id potissimum q̄
 uno iam fere anno in mari perstiteramus nec nisi tenuem alimento-
 rum necessariumq; aliorum munitionē retinebamus. Quæ & qui-
 dem adhuc ex uehementibus: quos pertuleramus solis calidioribus iam
 contaminata inquinataq; erant: cum ab exitu nostro a Campiui-
 dis insulis usq; tunc continue per torridam nauigauissemus zonā: &
 transuerfim per lineam æquinoctialem bis: ut præhabitum est. In q̄
 quidem uoluntate nobis perseuerantibus: nos a laboribus subleua-
 re nostris sanctifico complacuit spiritui. Nempe receptum quem-
 piam pro rursus nouandis naualibus nostris nobis quærentibus
 ad gentē quandam peruenimus quæ nos cum maxima suscepit ami-
 citia: & quasquidem unionem perlarumue orientalium comperi-
 mus in numero maximo tenere: propter quod. xlvii. diebus ibi per-
 stitimus & C. xix. unionum marchas: præcio (ut æstimabamus) xl. nō-
 superante ducatos: ab eis comparauimus. Nam nolas: speculatas: cri-
 stallinosq; nonnullos: necnon læuissima electri folia quædam: eis tā-
 tum propterea tradidimus. Nempe quotquot quilibet eorum obti-
 neret uniones eos pro sola nola donabat. Didicimus quoq; inter-
 dum ab eis quomodo & ubi illos piscarētur: qui & quidem ostreo-
 las in quibus nascuntur nobis plures largiti sunt. Et pariter nonnul-
 las merati fuimus: ubi in quibusdam. C. & xxx. uniones in quibus-
 dam uero nō totidem reperiebātur. Noueritq; maiestas uestra: q̄ ni-
 si permaturi sint & a conchiliis in quibus gignūtur per sese excidant
 omnino perfecti nō sunt. Quinymo in breui (ut sæpius ipse exper-
 tus sum) emarcescunt: & in nihil redacti sunt. Cum uero maturi fue-
 rint in ostrea ipsa inter carnes (præter id q̄ ipsis carnibus hæreant)
 sese parāt: & huiusmodi optimi sunt. Effluxit igit. xlvii. diebus nec

SECUNDA

non gente illa quam nobis plurimum amicam effeceramus reli-
 cta hinc ab eis excessimus ob plurimarum rerum nostrarum indigē-
 tiam uenimusq; ad Antiglie insulam quam paucis nuper ab annis
 Cristophorus Columbus discooperuit in qua reculas nostras ac na-
 ualia reficiendo mensibus duobus & diebus totidem permāsimus
 plures interduo Christicolarum inibi conuersantium cōtumelias
 perpetiēdo quas prolixus ne nimium fiam hic omitto. Eandē ue-
 ro insulam. xlii. Iulii deferentes: percursa unius mensis cū medio na-
 uigatione Calicium tandem portū viii. mensis Septembris subiui-
 mus: vbi cum honore profectusq; suscepti fuimus. Et sic per dei placi-
 tum finem nostra cōpēt secunda nauigatione.

De tertio facta nauigatione.



EIN SIBILLIA existente et a pœnis atq; laboribus quos in-
 ter prememoratas pertuleram nauigationes paulisper re-
 quiescente: desideranteq; posthac in perlarum terram re-
 meare: fortuna fatigationum mearum nequaquā adhuc sa-
 tura serenissimo illi domino Manueli Portugalliæ Regi
 misit in cor (nescio ut quid) ut destinato nūcio litteras regales suas
 ad me transmitteret quibus plurimum rogabat ut ad eū apud Lis-
 bonam celerius me trāfferem: ipse etenim mirabilia mihi plurima
 faceret. Super qua re nondum tūc deliberaui quinymmo ei per eū
 demmet nuncium: me minus bene dispositum: & tunc male habe-
 re significauī. Verum si quandoq; reconualescerem & maiestati eius
 regiæ mecum forsam complaceret obsequium omnia quæcunq; uel-
 let ex animo perficerem. Qui rex percipiensq; me ad se tunc traduce-
 re requirem Iulianum Bartholomeum locundum qui tunc in Lis-
 bona erat rursus ad me destinauit cum commissione ut omnibus
 modis me ad eundem regem secū perduceret: propter cuius Iuliani
 aduentum et preces: coactus tunc fui ad regem ipsum meare: quod
 (qui me nouerat omnes) malum esse iudicauerunt. Et ita a Castilia
 ubi honor mihi nō modicus exhibitus extiterat: ac rex ipse Castiliæ
 existimationem de me bonam conceperat profectus sum: & quod
 deterius fuit hospite insalutato: ac mox corā ipso rege domino Ma-
 nuele me ipsum obtuli: qui rex de aduentu meo non paruum uisus
 est concepisisse læticiam plurimum me interdum rogans: ut una
 cum tribus eius cōseruantia nauibus: quæ ad exeundum & ad no-
 uarum terrarum inquisitionem præparate erāt proficisci uellem. Et
 ita (quia regum preces præcepta sunt) ad eius uotum consensi.

NAVIGATIO

Tempus profectionis tertiæ.

QUIGITVR AB HOC LISBONE portucum tribus conseruantia: nauibus die Maii. x. M. cccc. & primo abeutes: cursum nostru uersus magna: Canariæ insulas arripuimus: secundum quas & ad earum prospectum instanter enauigantes idem nauigium nostrum collateraliter secundu Affricam occidentem uersus secuti fuimus. Vbi piscium quorundam (quos Parghi nuncupant) multitudinem maximam in æquore prenidimus: tribus inibi diebus moram facientes. Exinde autem ad partem illam Ethopiæ: quæ Besilicca dicitur deuenimus: quæ quidem sub torrida zona posita est: & super quam. xiii. gradibus se Septemtrionalis erigit polus in climate primo ubi diebus. xi. nobis delignis et aqua prouisionem parates restitimus: propter id quod Austru uersus per Atlanticu pelagus nauigandi mihi inesset affectus. Itaque portum Ethiopiæ illum posthac reliquentes tunc per Lebeciu uentum in tantu nauigauimus ut. lx. et. vii. infra dies insula: cuidam applicuerimus quæ insula. DCC. a portu eodem leucis ad Lebecii partem distaret. In quibus quidem diebus: peius peruentorum nimboruue impetus: qui quæ plurima nobis intulere grauamina ex eo quod nauigium nostrum lineæ præsertim equinoctiali continue iunctum fuit. In ibique in mense lunio hyems extat ac dies noctibus æquales sunt: atque ipsæ umbræ nostræ continue uersus meridiem erant. Tandem uero omnitonanti placuit nouam unam nobis ostendere plagam. xvii. scilicet Augusti: iuxta quam (leuca sepositi ab eadem cum media) restitimus: et postea assumptis cymbis non nullis in ipsam uisuri si inhabitata esset profecti fuimus: quam & quædam incolas plurimos habitare reperiimus qui bestis prauiores erant quemadmodum maiestas regia uestra posthac intelliget. In hoc uero introitus nostri principio gentem non percepimus aliquam: quæ uisuram ipsam per signa plurima (quæ uidimus) populo multo repletam esse intellexerimus. De qua quædam ora pro ipso serenissimo Castiliæ rege possessoriu cepimus: inuenimusque illam multum amœnam: ac ueride esse & apparentiæ bonæ: Est autem extra lineam æquinoctialem Austrum uersus. v. gradibus: et ita eadem die ad naues nostras repedauimus. Quia uero lignorum & aquæ penuriam patiebamur concordauimus iterum in terram altera die reuerti ut nobis de necessariis prouideremus: in qua quidem nobis extantibus: uidimus stantes in unius montis cacumine gentes quæ deorsum descen-

TERTIA

dere non auderent: erantq; nudi omnes necnon confimilis effigiei colorisq; ut de superioribus habitum est. Nobis autem satagentibus nobiscum conuersatum accederent: non sic securos eos efficere ualimus ut de nobis adhuc non diffiderent. Quorum obstinatio ne proteruiaq; cognita: ad naues sub noctem remeauimus relictis in terra (uidentibus illis) nos speculisq; nonnullis ac rebus aliis. Cum q; nos in mari eminus esse prospicerent omnes de ipso monte propter reculas quas reliqueramus) descenderunt plurima inter se admirationis signa facientes. Nec tunc de aliquo nisi de aqua nobis prouidimus. Crastino autem effecto mane uidimus e nauibus gentem eandem numero q̄ antea maiorem passim per terram ignes fumosq; facientem. Unde nos existimantes q; nos per hoc ad se inuiterent iuimus ad eos in terram: ubi tunc populum plurimum aduenisse conspeximus: qui tamen a nobis longe se ipsos tenebant: signa facientes interim non nulla ut cum eis interius in insulam uadere mus. Propter quod factus est ut ex Christicolis nostris duo protinus ad hoc parati periculo ad tales eundi semetipfos exponeret: ut quales gentes eedem forent: aut si quas diuicias specieue aromaticas uel las haberent: ipsi cognoscerent: quapropter in tantum nauium pretorem rogauerunt: ut eis quod postulabant annueret. Tum uero illi ad hoc sese accingentes: necnon plurasq; de rebus suis minutis secum fumentes: ut inde a gentibus eisdem mercarentur alias: abierunt a nobis data conditione ut ad nos post quinque dies ad summum remeare solliciti essent: nos etenim illos tamdiu expectaremus. Et ita tunc iter suum in terram arripuerunt: atq; nos ad naues nostras regressum cepimus ubi expectando eos diebus. viii. perstitimus. In quibus diebus gens per multa noua dietim fere ad plagam ipsam adueniebat: sed nusq; nobiscum colloquuerunt. Septima igitur aduentate die nos in terram ipsam iterum tendentes: gentem illam mulieres suas omnes secum adduxisse reperimus. Quam uero primum illuc prouenimus: mox ex eisdem uxoribus suis ad colloquendum nobiscum quibus plures miserunt: foeminis tamen eisdem non satis de nobis confidentibus: quod quidem nos attendentes concordauimus ut iuuenem unum e nobis (qui ualidus agilisq; nimium esset) ad eas quoq; transmitteremus: & tunc ut minus foeminae eadem metueret in nauiculas nostras introiimus. Quo egresso iuuenem cum seipsum inter illas immiscuisset: ac ille omnes circumstantes contingerent palparentq; eum: et propter eum non parum admirarentur: ecce interea de nocte foemi-

NAVIGATIO

na una uallum magnum manu gestans aduenit quæ postq̄ ubi iu-
 uenis ipse erat appropiauit: tali eum ualli sui ictu a tergo percussit
 ut subito mortuus in terram excideret: quæ confestim mulieres alia:
 corripientes: illum in montem a pedibus pertraxerunt: uiriq; ipsi q̄
 in monte erant ad littus cum arcubus & sagittis aduenientes ac sa-
 gittas suas in nos conicientes taligentem nostram affecerunt stu-
 pore (Cob idq; nauicula illæ in quibus erant harenam nauigando
 radebant: nec celeriter aufugere tunc poterant) ut fumendorū ar-
 morum suorum memoriam nemo tunc haberet. Et ita q̄ plures con-
 tra nos sagittas suas ei aculabatur. Tum uero in eos quatuor machi-
 narum nostrarum fulmina licet neminem attingentia emisimus:
 quo audito tonitruo omnes rursus in montem fugerunt: ubi mu-
 lieres ipsæ erant: quæ iuuenem nostrum quem trucidauerant (no-
 bis uidentibus) in frustra fecabant: nec non frustra ipsa nobis ostentā-
 tes: ad ingentem quem succederant ignem torrebant. & deinde post
 hæc manducabunt. Viri quoq; ipsi signa nobis similiter faciētes: ge-
 minos Christicolas nostros alios se pariformiter peremisse mandu-
 casseq; insinuabant quibus qui & utiq; uera loquebantur: in hoc ip-
 so credidimus. Cuius nos improperii uehementius piguit: cum in-
 manitatem quam in mortuum exercebant: oculis intueremur ipsi
 propriis. Quamobrem plures q̄ quadraginta de nobis in animo sta-
 biliueramus ut omnes pariter terram ipsam impetu petentes tam-
 im mane factum tanq̄ bestialem ferociam uindictam uaderemus.
 Sed hoc ipsum nobis nauiprætor non permisit: & ita tam magnam
 ac tam grauem iniuriam passi cum maliuolo animo & grandi op-
 probrio nostro (efficiēte hoc nauipræceptore nostro) impunitis il-
 lis abcessimus. Postq̄ autem terram illam reliquimus: mox inter Le-
 uantem et Serocum uentum (secundum quos se continet terra)
 nauigare occcepimus plurimos ambitus plurimosq; gyros interdū
 festantes: quibus durantibus gentes nō uidimus quæ nobiscū practi-
 care aut ad nos appropinquare uoluerit. In tñ uero nauigauimus ut
 tellurem unā nouā (quæ secundū Lebeciū se porrigeret) inueneri-
 mus. In qua cum campum unum circuiuissemus (cui sancti Vincē-
 tii campo nomen indidimus) secundū Lebeciū uētū posthæc nau-
 gare occcepimus. Distatq; idem sancti Vincentii capus a priore terra
 illa ubi Christicolæ nostri extiterunt interempti. d. leucis ad partem
 Leuātis. Qui et quidem campus: viii. gradibus extra lineam æquino-
 ctialem uersus austrū est. Cum igitur, ita uagātes iremus: quadā die

PRIMA

copiosam gentiū multitudinem; nos nauiumq; nostrarum uastita-
 rem mirantiū in terra una alia esse conspeximus; apud quos tuto in
 loco mox relitimus; & deinde in terrā ipsam a eos ex nauiculis no-
 stris descendimus; quos quidem mitioris esse cōditionis q̄ priores re-
 perimus. Nam & si in edomādis illis diu elaborauimus; amicos ta-
 mē nostros eos tandē effocimus; cum quibus negociando practican-
 do; uarie. v. māsimus diebus ubi cauas fistulas uirides plurimum
 grossas; & etiā nōnullas in arborum cacuminibus siccas inuenimus.
 Concordauimus aut ut ex eadem gente duos qui nos eorū linguam
 edocerēt inde traduceremus. Quamobrem tres ex eis ut in Portugal-
 liam uenirēt nos ultro comitati sunt. Et qm̄ me omnia prosequi ac
 describere piget; dignetur uestra nosse maiestas q̄ nos portum illū
 linquentes; per Lebecium uentum; & in uisu terræ semper transcu-
 rimus plures continue faciēdo scalas pluresq; ambitus; ac interdum
 cum multis populis loquendo; donec tandem uersus Austrum ex-
 tra Capicorni tropicum fuimus. Vbi super horizonta illum meridio-
 nalis polus. xxxii. fere extollebat gradibus; atq; minorem iam perdi-
 deramus ursam; ipsaq; maior ura multū infima uidebatur fere in fi-
 ne Horizontis se ostentans; & tūc per stellas alterius meridionalis po-
 li nosmetipsos dirigebamus; quæ multo plures multoq; maiores ac
 lucidiores q̄ nostri poli stellæ existunt; propter quod plurimarum
 illarum figuras cōfinxi; & præsertim earum quæ prioris ac maioris
 magnitudinis erant; una cum declinatione diametrorū quas circa
 polum Austri efficiunt; & una cum denotatione earūdem diametro-
 rum & semidiametrorū earū prout in meis quatuor dietis siue nau-
 gationibus inspicere facile poterit. Hoccine uero nauigio nostro a cā-
 po sancti Augustini incepto. Dcc. percurrim⁹ leucas uidelicet uersus
 ponātē. c. & uersus Lebeciū. Dc. quasquidē dū peregrauerimus si quis
 quæ uidimus enumerare; uellet non totidem ei papireæ cartæ suffi-
 cerē. Nec quidem interdum magni cōmodi res inuenimus demptis
 infinitis castæ arboribus; & pariter plurimis quæ laminas certas pro-
 ducunt; cum quibus & miranda alia permulta uidimus quæ fasti-
 diosa recēitu forēt. Et in hac quidē peragratiōe. x. fere mēsis extiti-
 mus. In qua cognito q̄ mineralia nulla reperiebamus; conueni-
 mus una ut ab inde surgentes alio per mare euagaremur. Quo inito
 inter nos consilio; mox edictum fuit ac in omnē certum nostrū uul-
 gatum ut quicquid in tali nauigatione præcipiendum censerem
 dipsum integriter fieret. Propter quod confestim edixi mandauig

NAVIGATIO

ubiq; ut de lignis & aqua pro sex mensibus munitionē omnes sibi
 pararet (Nam per nauium magistros nos cū nauibus nostris adhuc
 tantumdem navigare posse indicatum est) quaquidem (quā edixe
 ram) facta prouisione: nos oram illam linquētes: & inde navigatio
 nem nostram per Serocum uentum initiantes Februarii, xii. ui
 delicet: cum sol æquinoctio iam appropinquaret et ad hoc Septem
 trionis hemispherium nostrū uergeret intantum peruagati fuimus
 ut meridianū polum super horizonta illum, lii. gradibus sublimatū
 in uenerimus. Ita ut nec minoris ursæ nec maioris stelle ammodo in
 spici ualerēt. Nam tunc a portu illo a quo per Serocum abieramus
 cccc. leucis longe iam facti eramus, iij. uidelicet Aprilis. Quā die tē
 pestas ac procella in mari tā uehemēsexorta est: ut uela nostra omnia
 colligere & cum solo nudoq; malo remigare cōpelleremur per flante
 uehementissime Lebeccio ac mari intumescēte & aere turbulentissi
 mo extante. Propter quem turbinis uiolētissimum impetū nostra
 res omnes non modico affectu fuerunt stupore. Noctes quoq; tūc in
 bi q̄maxime erant, Eteñ Aprilis, vii. sole circa arietis finē extante ipsæ
 eadem noctes horarum, xv. esse repertæ sunt: hyemsq; etiā tunc inibi
 erat ut uestra satis perpendere potest maiestas. Nobis autem sub hac
 nauigantibus turbulētia: terram unam Aprilis, ii. uidimus penes
 quam, xx. circiter leucas nauigantes appropiaimus. Verū illam om
 ni modo brutalem & extraneam esse comperimus in quaquidē nec
 portum quempiam nec gentes aliquas fore conspeximus: ob id (ut
 arbitror) q̄ tam asperum in ea frigus algeret ut tam acerbū uix quis
 quam perpeti posset. Porro in tanto periculo in tantaq; tempestatis
 importunitate nosmet tum reperimus: ut uix alteri alteros præ grā
 di turbine nos uideremus. Quamobrem demum cum nauium præ
 tore pariter concordauimus ut conuauis nostris omnibus: terram
 illam linquendi: seq; ab ea elongandi: & in Portugaliā remeandī
 signa faceremus. Quod consiliū sanum quidem & utile fuit: cum
 si inibi nocte solū adhuc illa perstitissemus disperditi omnes eramus.
 Nempe cum hinc abiissemus tam grandis die sequenti tempestas in
 mari excitata est: ut pœnitus obrui perditē metueremus. Propter qđ
 plurima peregrinationum uota, necnon alias q̄plures, cerimonias
 (prout nautis mos esse solet) tunc fecimus. Sub quo tempestatis in
 fortunio, v. nauigauimus diebus demissis omnino uelis. In quibus
 quidem, v. diebus, cc. et. l. in mari penetrauimus leucas lineæ interdū
 æquinoctiali necnon mari & auræ temperatoriī semper appropin

QVART A

quādo: per quā nos a prēmiffis eripere per iculis altiffimo deo placuit
 Eratq; huiuscemōi nra nauigatio trāsmōtanū uētū & græcū ob id q; ad
 Ethiopiz lat' ptingere cupiebamus: a quo p maris Athlāci fauces eūdo.
 M. ccc. distabamus leucis. Ad illā autē per summitonāis gratiā Maii
 bis quina pertigimus die. Vbi in plaga una ad latus Austric (quæ Ser
 raliona dicitur) xv. diebus nos ipsos refrigerādo fuimus. Et post hæc
 cursum nostrum uersus insulas Lyazori dictas arripuimus: quæ qui
 dem insulæ a Serraliona ipsa. Dcc. & l. leucis distabant: ad quas sub
 Iulii finem peruenimus: & pariter. xv. inibi nos reficiēdo perstitimus
 diebus. Post quos inde exiuius: & ad Lisbonæ nostræ recursum nos
 accinximus: a qua ad occidentis partem. ccc. se positi leucis eramus:
 & cuius tandem deinde portum. M. D. ii. cū prospera saluatione ex
 cunctipotentis nutu rursus subiuius: cum duabus dumtaxat na
 uibus: ob id q; tertiam in Serralionā qm̄ amplius nauigare nō pos
 set) igni cōbuseramus. In hac autē nostra tertio cursa nauigatiōe.
 xvi. circiter menses. permansimus: e quibus. xi. absq; trāsmōtane stel
 læ necnon & maioris ursæ minorisue aspectu nauigauimus: quo tē
 pore nescimet ipsos per aliā meridionalis poli stellā regebamus. Quæ
 superius commemorata sunt: in eadem nostra tertio facta nauiga
 tione relatu magis digna conspexi.

De quartæ nauigationis cursu

ALIQUum autem est: ut quæ in tertia nauigatione nostra
 prospexerim edisseram. Quia uero iam præ longa narratiōe
 fatisco: & quoq; hæc eadem nostra nauigatio ad speratum a
 nobis finē minime producta est: ob aduersitātē infortuniū
 ne quoddam quod in maris Athlantici nobis accidit sinu: idcirco
 breuior siam. Igitur ex Lisbonæ portu cum sex cōseruantiz nauibus
 exiuius cum proposito insulam unam uersus horizontem positā
 inuisendi. quæ Melcha dicitur & diuitiarum multarum famosā: nec
 non nauium omnium siue a Gangetico siue ab indico mari ueni
 entium receptus siue statio est: quemadmodum Calicia receptus si
 ue hospitale omnium nauigantium est qui ab oriēte: in occidentē &
 econuerso uagatur prout de hoc ipso per Calicutiz uia fama est. Quæ
 quidē insula Melcha plus ad occidentē. Calicutia uero ipsa plus ad
 meridiem respicit: quod idcirco cognouimus: quia ipsa in aspectu.
 trigintatres graduum poli antarctici sita est. Decima ergo Maii die.
 Mille, D, iii. nobis unde supra egredientibus cursum nostrum ad

NAVIGATIO

insulas uirides nuncupatas primo dixerimus. Vbi rerum necessaria-
 rum munimina: necnon & plura diuersorum modorū refrigerami-
 na sumentes: & .xii. interdū inibi diebus cessantes: per uentum Sero-
 cū post hæc enauigare occēpimus: cū nauidominus noster tāq̄ præ-
 sumptuosus capitosusq̄ præter necessitatem & omniū nostrū unani-
 mitatem (sed solum ut sese nostri & sex nauiū præpositū ostētare) iussit ut in Serralionā Australem Ethiopiae terram tenderemus. Ad
 quā nobis accelerantibus: & illam tandē in cōspectu habētibus tam
 immanis & acerba suborta tempestas est: ac uentus contrarius & for-
 tuna aduersa inualuit: ut in ipsam (quam nostris ipsi uidebamus
 oculis) per quadriuum applicare non ualuerimus: quin immo co-
 acti fuerimus ut illa relicta ad priorem nauigationē nostrā regrede-
 remur. Quāquidem nos per Suduesium (qui uentus est inter meri-
 diem & Lebecium) reassumentes. ccc. per illam maris altitudinē na-
 uigauimus leucas. Vnde factum est ut nobis extra lineā æquinoctia-
 lem tribus pœne gradibus iam tunc existentibus terra quedā (a qua
 .xii. distabamus leucis) apparuerit: quæ appario nō parua nos affe-
 cit admiratiōe. Terra & em̄ illa: insula in medio mari multū alta &
 admirabilis erat: quæ leucis duabus lōgior & una dilatator nō exi-
 stebat: in qua quidem terra nunquā quisq̄ hominum: aut fuerat aut
 habitauerat: & nihilominus nobis infœlicissima fuit. In illa em̄ per
 stolidum cōsiliū suum & regimen præfectus nauium noster nauem
 suā perdidit. Nempe illa a scopulo quodā elisa: & inde p̄pter hoc in
 rimas diuisa sancti Laurentii nocte (quæ Augusti. x. est) in mari pœ-
 nitus submersa exitit: nihil inde saluo manente demptis tantūmō
 nautis. Eratq̄ nauis eadem doliorū. ccc. in qua nostræ totius turbæ
 totalis potentia erat. Cum aut̄ oēs circa illam satageremus ut si forte
 ipsam a periculo subtrahere ualeremus: dedit mihi in mandatis idē
 nauiū præfectus: ut cū nauicula una in receptū quempiam bonum
 ubi puppes nostras secure omnes recipere possemus apud insulā ean-
 dem inuentū pergerē: nolens tamē ipse idem præfectus ut nauē meā
 (quæ nouem nautis meis stipata: & in nauis periclitātis adiutorio
 intenta foret) mecum tunc traducerē: sed solum ut edixerat portū unū
 inquisitum irem: & in illo nauem meam ipsam mihi restituerat.
 Quā iussione recepta: ego ut mandauerat (sumpta mecum naua-
 rum meorum medietate) in insulam ipsam (a qua quatuor dista-
 bamus leucis) properans: pulcherrimum inibi portum: ubi dassēm
 nostrā omnē tute satis suscipere possemus inueni. Quo cōperto. viii.

PRIMA

ibidem diebus eundem nauium prefectum cū reliqua turba expe-
 ctando perstiti. Qui cum non aduenirent moleste non parum per-
 tulit: atq; qui mecum erant: sic obstupescabant ut nullo cōsolari mo-
 do uellent. Nobis autem in hac existētib; angustia: ipsa octaua die
 puppim unam per equor aduentare conspeximus: cui ut nos perci-
 pere possent: mox obuiam inimus confidētes sperantēq; una quod
 ad meliorem portum quempiam nos secum ducerēt. Quibus dum
 appropinquassemus: & uicissim nos resalutassēmus: retulerunt illi
 nobis eiusdem præfecti nostri nauem in mari poenitus (dēpris nau-
 tis) perditam extitisse: quæ nūcia (ut cōtemplari uestra potest regia
 maiestas) me nō parua affecerunt molestia: cum a Lisbona (ad quā
 reuertī habebam) M. longe existēs leucis in longo remotōq; mari me
 esse sentirem. Nihilominus tamen fortunæ nosmet subiicientes ulte-
 rius processimus: reuersiq; in primis fuimus ad memoratam insulā
 ubi nobis de lignis & aqua in cōseruantiaē meæ nauī prouidimus:
 Erat uero eadē insula poenitus inhospitata inhabitataq; multa aq̄
 uiuida & suam in illa scaturiente: cum infinitis arboribus innume-
 risq; uolucris marinis & terrestribus: quæ adeo simplices erant ut
 sese manu comprehendī intrepide permitterent. Propter quod tot
 tunc prendidimus ut nauiculam unam ex illis adimpleuerimus. In
 ea autem nullam alia inuenimus animalia: præterq̄ mures q̄ maxi-
 mos: et lacertas bifurcam caudam habentes cum nonnullis serpenti-
 bus quos etiā in ea uidimus. Igitur parata nobis inibi improuisione
 sub uento inter meridiem & Lebecium ducente perreximus ob id q̄
 a rege mandatum accēperamus: ut qualicunq; nō obstante pericu-
 lo præcedentis nauigationis uiam insequeremur. Incepto ergo hu-
 iuscemodi nauigio portum tandem unum inuenimus quem om-
 nium sanctorum Abbatiam nuncupauimus: ad quem (prosperam
 annuente nobis auram altissimo) infra .xvii. pertigimus dies. Distat
 q̄ idem portus. ecc. a prefata insula leucis: in quo quidem portu nec
 præfectum nostrum: nec quemquam de turba alium reperimus: &
 si tamē in illo mensibus duobus & diebus quatuor expectauerimus
 quibus effluxis uiso q̄ illuc nemo ueniret cōseruantia nostra tunc
 & ego concordauimus: ut secundum latus longius progredere-
 mur. Percursis itaq; .cc. lx. leucis portui cuidam alii applicuimus in quo
 castellū unū erigere pposuimus: quod & qdē pfecto fecimus relic-
 tis in illo .xxiiii. Christicolis nobiscū existētib; q̄ ex pfecti nostri puppe
 pdita collecti fuerāt. Porro in eodē portu præfatū cōstruendo castellū

NAVIGATIO

& bresilico puppes nostras onustas efficiendo: quinq; perstitimus mensibus: ob id q; pre nautarum perpauccitate et plurimorum apparatum necessitate longius progredi non ualebamus. Quibus superioribus ita peractis concordauimus posthac in Portugalliam reuerti: quam rem per græcum transmontanumq; uentum necesse nobis erat efficere. Relictis igitur in castello præfato Christicolis, xxiii, et cū illis, xii, machinis ac aliis pluribus armis una cum prouisione pro sex mensibus sufficiente: necnon pacata nobiscum telluris illius gente (de qua hic minima fit mentio, licet infinitos inibi tūc uiderimus: et cum illis practicauerimus. Nam, xl, fere leucas cum, xxx, ex eis in insulam ipsam penetrauimus. Vbi interdum plurima perspeximus quæ nunc subtitescens libello meo, iiii, nauigationum reseruo. Est q; eadem terra extra lineam æquinoctialem ad partem Austri, xviii, gradibus & extra Lisbonæ meridianum ad occidentis partem, xxxv, prout instrumenta nostra monstrabant) nos nauigationem nostrā per Nornordensium (qui inter græcum transmontanumq; uentus est) cum animi proposito ad hanc Lisbonæ ciuitatem proficiscendi inuitantes: tandem post multos labores multaq; pericula in hunc eisdem Lisbonæ portum infra, lxxvii, dies, xxviii, Iunii, M.D., iiii, cū dei laude introiimus. Vbi honorifice multum & ultraq; sit creditibile festiue suscepti fuimus: ob id q; ipsa tota ciuitas nos in mari disperditos esse existimabat: quæ admodum reliqui omnes de turba nostra p præfecti nostri nauium stultam præsumptionem extiterāt. Quo superbiā modo iustus omnium cæcordeus compensat. Et ita nunc apud Lisbonam ipsam subsisto ignorans quid de me serenissimus ipse rex deinceps efficere cogitet: qui a tantis laboribus meis iā ex nūc reqescere plurimū peroptat: hūc nūciū maiestati uestra plurimū quoq; interdū comédans.

Americus Vespucius in Lisbona.

Ypocratis ac aliorum antiquorū mores uolēs imitari huiusce instrumenti astromici cariora in capsula cōclusi instrumentū puta sexagenariū sic astronomie noiātū: qd si bene rimaueris quecūq; in astrolabio notātur: & multo plura tū in astronomicis q̄ geometricis artibus cōpies uti in problematibus nouiter editis lucide notatur Cōpies q; insuper in dicta capsula instrumentum quasi calamistrū in quo perpēdiculum plumbeum inuenies quod in capite fili in dicto sexagenario pendentis ligare oportet insup in dicto: calamistrō duas æteti compties penulas quas te oportet in duobus foraminibus

dicti sexagenari i se cure figere: quibus longitudes ac latitudes
quascumq; capere potestis: prout in probleumatibus astronomicis
latius declaratur.

Explicit foeliciter cosmographiæ uniuersalis descriptio
cū quattuor Americi uespucii nauigatiõibus uigi
lantissime Impressa per Iohānem de la Place. &
Vt nec mendula quidē superfit.

FINIS.

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]


[Faint, illegible text]


[Faint, illegible text]


[Faint, illegible text]


[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]









c

JS17
w168c
[R]





